

te amatum: gitur.


¶ Secunda ratio p passione actus intellet  
talis est pro quod alii habent evidetiam huius signis  
caefactis in puerum vel per relationem vel per con-  
flitum vel per ecclesie auctoriter debere ut cerebrunc  
lumen caefacteris in illo non perdit astensum: tam et fir-  
mis assentis: quia apponit plam affectionem: ratione  
cibus renatus adhuc est. & anteas hoc est quod lectione  
dum communi theologo se habetur q significantia fidacionis  
et evidenter astensu identit: namen est certior: posa  
per passatione teno astemptu. Alter enim est cam  
in primo dicitur passione subiendo quod sunt actus

¶ Noradum est. Q in aliquo affectu potest  
mo considerari certudo vel incertudo que provenit  
ab obiecto: etre que per astensum acceptum. Secundo  
potest probari evidencia vel incertudo: parte me-  
diu probantur. Tertio potest confi-  
mido ex parte intellectus: sed  
posteriorum.

¶ Quartu vero genitum est  
per formam hic intelligimus  
ritatem: et per figuram  
quantitatem continuam. Nam  
formae triangulares (quadrilatera,  
sive corporales) sive in modum tri-  
bute. Etis reperitur numerus linearum, superficialia!

genui. Ceterum aliquam proportionem vel tri-  
anguli vel calidariae frigidae / bullido / a...  
ritudo. nec dicuntur sensibiles: quia subiectum earum  
partiatur quicquam ab elevata ignis non patitur a suo  
catoce metra sua antecedente. Hoc vocatur bulimus paf-  
fio. Pro diligenda hacten propriae debet intellectus  
sequi. Nam aliquando accipitur pro affectu po-  
tentie appetitus: sicut et pro delectatione: vel tristitia:  
speritumore / et adhuc q he passiones causentur. Ne quis  
runtur operationes pugnare cognoscit: et appetit  
ut impotens. Et in passificatione accipitur ab agri-  
scere quando dicitur passibilis qualitates secundum sen-  
sum esse effectivas passione. Alio modo accipitur paf-  
fio pro ut dicit aliiquid de genere passionalis secundum  
q aliquis patitur aliquid statim evanescit. Et color  
qui acquiritur ex verecundia dicitur embeccentia (quia  
per illi colorum potius sile est aliquid pafius: & quod  
denominetur qualis: eriam color eximiose qui debet  
poni sub pallecentia est potius pafio de genere pas-  
sionalis: quia qualitas secundum quia aliiquid sit qualitet  
in hac acceptione accipitur ab Christo quando dicit in  
biobus locis: que cum ab ipse que cito transirent ei sol-  
lentur sunt pafiones diciuntur.

¶ Hoc primi pafibilis q illas altero dico  
rum modorum dicitur: ut sanguis Christi. Primo modo  
ea quae declarata est. Secundo modo est illa que consiga-  
tur a passione: & si illa que ab aliqua passione vel mag-



30

30

30

30

30

30

30

30

30

30

30

30

+56

522 gabriel aguayo

**C**ommuni tamē schola oppositū sētit: dos quā poterunt innotescere.  
**C**um dicitur eas species appellantur sicut genera subiecta tamen dicitur illas species per complexa quia sunt non erat incomplexum sicut potest explicare illos diuersos modos significandi.

**A**lii qui tamē pro prima specie, dicitur hūc terminis dispositio posse accipere: quod terminus sub sectione facultatem velicitudinam ducat.

**D**ispositio vero oīs ex qua & alijs eiusdem specie potest canari habitus simile sīs qui acti sunt pertinet ad hanc primam speciem.

**S**ecunda species est naturalis potentia vel impotens, hic per naturalem potentiam vel importianam intelligentia qualiter per quam aliquis potest tenere vel male te habere / accipiendo bene vel male physicaliter pro principio operatio aliquid facile facienda vel resistentia vel non facile resistendi / ut cingor ei pugillator quatenus impavidus apud dominem et belligerans nascitur am in tribulum ad autrem vel pugnandum.

**P**ugillator differt a pugile / quia pugil dicit habitudinem corporis exercitamento artis pugilice / pugillator dicit hominem naturaliter aptum ad pugnam anteō ac quantum artem pugilicamentum. Estam salubre differta sano latum sanum integrat qualitatē per pertinentem ad primam speciem que est habitus corporalis / sicut est faciliter esse difficulter separabilius: et hoc modo comprehenditur habere habitus at belligerantem / sc accipere hoc vocabulum dispositio acceptum sicut vocem. Primo p omni qualitate quia aliquis bene vel male disponitur: ita vero cum paucis.

**P**rima ergo species est habitus & dispositio: quid ast si habitus tam vnum fuit in quaria qmō pugnare pugnatur multa docentur ab habitu materiali. Hoc vocabulum dispositio acceptum sicut vocem. Primo p omni qualitate quia aliquis bene vel male disponitur: ita ut sit faciliter esse difficulter separabilius: et hoc modo comprehenditur habere habitus at belligerantem / sc accipere hoc vocabulum dispositio acceptum sicut vocem. Secundo modo accipere p qualitatē facti: ita ut separabili subiecto et quia potest canari habitus cum hac acceptione dispositio non est habitus: et non cont

de la Comp de los jilgranado R. 1000th Boe

## COMMENTA.

RIVS IN LIBROS ARISTOTE  
LIS DE POSTERIORI RESOLV  
TIONE. CVI ADIECTAE SVNT QVAE-

stiones proposito negotio consentaneae, auto  
re Gasparo Cardillo Villalpandeo

Segob. eloquentiae, & Philoso  
phiae Compluti professore,  
atq; ibidem collega diui  
Illephonsi.

*Non indegit correctiones*

Ad illustrissimum, simulet doctissimum  
virum. D.D. Bartholomæum Carrançam  
Mirandensem Archiepiscopum  
Toletanum.

*Iesus est spes mea.*  
*Si quid mirabere, pones inuitus.*  
*Reddituro, satis.*

Compluti,  
Ex officina Ioannis Brocarij.

1558.

*de la Comp de los jilgranado.*



*de la Comp. de los jilgranado* *A. 1800 H. Boe*

## 23 COMMENTA-

RIVS IN LIBROS ARISTOTE  
LIS DE POSTERIORI RESOLV-  
TIONE. CVI ADIECTAE SVNT QVAE-

*stiones proposito negotio consentaneæ, auto-*  
*re Gasparo Cardillo Villalpandeo*  
*Segob. eloquentiæ, & Philoso-*  
*phiae Complutiprofessore,*  
*atq; ibidem collega diui*  
*Illephonsi.*

*N<sup>o</sup> 10  
Ex indicat correctione*

20 Ad illustrissimum, simulet doctissimum  
virum. D.D. Bartholomæum Carrançam  
Mirandensem Archiepiscopum.  
Toletanum.

*Iesus est spes mea.*  
*Si quid mirabere, pones inuitus.*  
*Reddituro, satis.*

23 Compluti,  
Ex officina Ioannis Brocarij.

1558.

*H. fab. de granada.*



Illustrissimo, atq; doctissimoviro D.D. Bartholo  
meo Carrançæ Mirandensi Archiepiscopo Tole  
tano Gasp. Card. Villalpandeus Segobien.  
eloquentiæ & Philosophiæ Compluti  
professor atq; ibidem Collega  
diui Illephonsi perpe  
tuam fœlicita  
tem.

**V**AE potissimum res sunt (quod tu optimè nosti) sapien  
tissime, atq; illustissime Præful, quibus quasi momentis  
Universa christiana res publica continetur, exacta, in qua,  
literarū cognitio, atq; integritas vita. Nam cum homo  
natura sua duabus partibus effectus sit, atq; constet, ratione videlicet,  
atq; appetitu, quarum altera, hoc est, ratio bonarum literarū studio  
alitur, altera, id est, appetitus cultu virtutis adolescit, tunc maximè  
naturā quisq; suam assequutus fuisse putari debet, cū partem tranquillae  
optimarum artium, & præstantissimarum virtutum studio inbue  
rit. *Hec* verò, quæ nisi qui mentis atq; iudicij est inops, ad beatam vi  
tam parandam admodum necessaria omnes putabunt, & squeaded in  
terse iuncta sunt, & tam amicè coniurant, vt qui alterum ab altero  
velit dirimere, ipsi naturæ vim in tulisse putari iure optimo possit.  
Nam quemadmodum qui partes illas duas, quibus constare hominem  
diximus (appetitū scilicet, & rationem) discreuerit, hominem de me  
dio toller, ita quoq; qui prætermissa alterius partis cultura, alteram  
diligenter, atque strenue ornare studet, non admodum fœliciter labo  
rat, neque unquam perfectam efficit vitam. Est enim mens in animo,  
vt in corpore oculus, qui nisi sincerus sit, facile universum corpus pre  
ceps ager. Quid autem profuerit ratione præditū esse te, quæ præstan  
tissimis disciplinis infecta viam monstrat, hortetur, ducat, nisi sit, qui  
oblatam vivendi recte occasionem arripiat, & qui à recta ratione  
imperata exequatur statim ornatus virtute appetitus? Quòd si ba  
a y nis

14714925

nis literis institutus animus, atque informatus sit, si infrenata libido virtute, si repressa cupiditas, nullo sanè negotio ad extremum, atque summum bonum christiani hominis vita perducetur, à quo hæc bene vivendi instrumenta C H R I S T V S I E S V S seruato rū hominum maxime requirunt. Hæc verò melioris vitæ adiumenta (literas, & virtutem dico) tamet si omnibus hominibus, qui per variis casis, & varia rerum discrimina ad æthereas sedes contendimus, necessaria sint, ut dum in terris peregrinamur, illam vitæ puritatem quæ mentium diuinarum domicilio digna sit, comparemus, multo sanè absolutissima adsint oportet illis viris, quibus ex officio incumbit ceteros instituere, atque eorum mores, mentemq; formare: tales illi proculdubio sunt, qui in excelsa dignitatis gradu sunt collocati. Episcopos intelligo. Hos C H R I S T V S I E S V S optimus vivendi magister, & quem nobis audiendū esse iubet coelestis pater voce missa è cœlo, similes esse vult lucernæ ardenti supra candelabrum posita, ut doctrinæ splendore ceteros omnes è tenebris ignorantia immediam extrahant lucem veritatis. Neque lucem doctrinæ satis esse putat, præcipit deinde, ut studeant sibi esse per similes, ut morum puritate, atque innocentia vitæ veluti condimento quadam vitam reliquorum hominum flagitijs & prauis facinoribus contaminatam purget, purgatamq; conseruent. Tu verò illustrissime præful, diuino huic consilio ab ineunte etate tam indefesso studio vitam tuam conformasti, ac si sedem istam Toletanam, ad quam propter summam, perfectamque virtutem christianissimi regis nostri Philippi liberalitate euectus es, nondum sene etiam ingresso, tibi gubernandam esse diuina inspiratione accepisses. Non ignota loquor, ad sunt plurimi in Academia nostra complutensi, qui te literis simul et virtuti strenuissime incumbentem nouerunt. Plures quoque sunt, qui te per calcatum patrem ad monachatum, hoc est, tranquillum, & securum vitæ partum (ne te mundi fluctus obruerent) contendentem viderunt, cum existimares, hac via qua nos ingredimur, lentius fortasse quam cuperes, ad summum literarum, atque virtutis fastigium perueniri. Monatur enim properantem negotiorum tumultus, & variarum rerum cura, quæ vehementer solicitamur, & premimur, dum proculabsimus

mus à religione, que ad cœlestem patriam viam sternit, atq; mollit. Quantos autem in utroque vita genere breui tempore progressus feceris liberatus molestus his curis, plurima sanè testantur, quæ si nos omnia recensere perzeremus, & tempus nos deficeret, & pudorem tuum. Præful ornatisime forsitan oneraremus. Sed patere obsecro me in praesentia (dum cōmodius tempus suppetit ad celebrandas egestias tuas virtutes) summa veluti capita excellentium laudum tuarū carptim attingere, ut ex hac breui mea præfatione umbras saltem sumat lector hominis ad Archiepiscopatum nati. Nam quicquid proprius fuerit contemplatus, & memoria præclaras tuas virtutes velit repeteret, nihil mea rudi admodum, & iejuna oratione indigebit. Quid autem opus est labores, atque vigilias quas in literis posuisti, narrare me alijs? Id ipsum melius atque nos, tua scripta testari possunt, quæ præterquam quoddam veram eruditionem, & sanctarum scripturarum lectioiem præferunt, veluti quibusdam calcaribus admotis tardos etiam homines ad pietatis & religionis studium hortantur, inflamant, atque stimulant. Quid enim eruditius fingi potest, aut christiana vita proficuum magis, quam tui illi de doctrina christiana commentary? Rursum quid tam necessarium christiane reipublicæ, quam summam habere encyclopediæ vice, in qua conciliorum statuta omnia continerentur? Hanc tu nobis magna quadam, atque insigni diligentia confecisti. Iam verò argumentum illud de necessaria residentia Episcoporum tu quidem Præful sapiensissime, tam eleganter atque accurate tractasti, ut tuam sententiam bene institutis hominibus facile persuaseris, & contraria opinionis, quæ multorum malorum causa fuit, fibras omnes, etiam tenuissimas ex animis quorundam euulseris. Sed quorsum commentorio magni istius ingenij tui monumenta, quorum locupletissimi testes sunt in numeri doctissimi viri, quos tu dum publice Theologiam interpretareris, instituisti? Prudentiae verò tua atque integritatis vita cù plurima argumenta habeamus, illa non excilia putari possunt, quod non dum prætermisso docendi munere, multam operam gubernationi monachorum impendisti, atque id munus (quod raro fit) summacum tua laude & utilitate tuorum peregristi. Hinc te Christianissimus  
Philippus

Philipus Tridentum abire iussit, ut concilio interesses, quod aduersus Lutheranos coierat. Post tuum verò in Hispaniam redditum iterum te in Angliam astraxit, quo loco exemplo vita, & doctrina melioris splendore multos in officio religionis, & vita bene atque christiane institute retinuisti, & tam clara prudentiae, doctrinae, & probitatis documenta dedisti, ut christianissimus Rex minimè cunctando, ratus te nihil minus, quam de his dignitatibus cogitantem, quas non semel oblatas contempseras, ecclesia Toletana summa apud Hispanos dignitati præfecerit. Neque enim aequum putauit, eum virum, in quo à teneris annis summa virtutis vestigia apparebant, ut plerosque alios per gradus quosdam ad Archiepiscopatum Toletanum promouere. Hanc beneficentiam, & liberalitatem qua in te ornando admirabili consilio Cæsar noster vñsus est, tanto applausu exceptit vniuersa Hispania, ut interim exteriores nationes taceam, apud quas fama, atque egregijs factis notus es, ut propterinte collatum beneficium Deo optimo maximo publicè gratias egerit. Tua verò ista Academia Complutensis dici non potest, quanta animi alacritate perfusa est, quam primum faustum, fidelisque tuum ad Ecclesiam Toletanam aduentum, intellexit. Cuius letitiae publica multa hæc tenus signa exhibuit, dabitque suo tempore multo clariora. Cur enim non summo gudio perfundatur Academia omni alioqui humano presidio distracta, cernens diuino beneficio ex suis liberis excitatum, atque assumptum ad summos honores eum virum, qui qua est sapientia, prudentia, vita puritate, charitate denique erga omnes, F R A N C I S C I X I M E N I huius Academiae rectoris rempublicam literariam augere debeat, atque huic dulcissimæ eius parenti, multam opem ferre, qua qui in ea singulis annis literis atque moribus viri clari gignuntur, quos hæc artas habet plurimos, insigni beneficentia & liberalitate recreati habere otia possint, cum dignitate? Hoc absit petit supplex mater Academia. Hoc summis votis Collegæ exoptant. Hoc doctri cupiunt, obsecrantque. Hoc ego qui veluti publici legati officio fungor, & qui scholætorius nomine gratulor tibi tantam dignitatem, gratulor Ecclesie Toletana, gratulor denique Hispaniae

vniuersa,

vniuersa, te iterum atque iterum oro. Habebis nos, si per humane, ut soles, & per amanter tractaueris admodum morigeros, honoris tui studiosissimos, cultores dignitatis, postremò ad obseruatiā, atque obsequium paratisimos, ut liberos decer. Ego verò qui fortasse præceteris omnibus tantam virtutis præstantiam, & tam insignem prudentiam, quantam intē cernunt omnes, & mirari & laudare sepe soleo, & quum esse putaui, aliquo officii genere (tametsi illud exile admodum, atque tenue sit, meum animum oratione testari coram te, ut dum ingenij nostri monumenta, commentarium videlicet nostrum in libros Aristoteles nostris commentarijs illustrata paulo ante in lucem emisseramus. Accipe igitur Præsul illustriſime hoc pignus obseruantia erga te mœ.

Hoc si suscepis libenter, & benevolentia, liberalitateque tua autorem fueris prosequitus, additum ad maiora patefacies, ad quæ multarum rerum inopia viam præcluſit. Vale, ex collegio nostro, decimo Calendas Septembri.

# Ad illustrissimum Dominum

D. Bartholomaeum Carranca Mirandensem Archiepiscopum Toletanum  
Martini Torre in gratiam  
præceptoris sui  
Carmen.

Phæbo plena domus, sacrisq; Academia musis  
Nostra tibi dicat hoc maxime Præful opus,  
Non ut conciliet te, quem est experta patronum:  
Verum se fidei credat ut illa tua.  
Nam quò configuat sauis agitata procellis?  
Quam malè multatam deseruere duces:  
At te flectit iter minima modò parte superstes  
Complutum, Clarij gloria prima Dei.  
Vt foueas miseram, quassam, sensimq; labantem:  
Et quam sensit adhuc, experiatur operem.  
Nam solus remanes lapsis spes vnicaribus.  
Solamen nostris solitudinibus.

Commentarius in caput primum.

## COMMENTA.

RIVS IN LIBROS DE  
posteriori analysi Arist.



Vxta morem & cōsuetudinem quam in reliquis  
nostris cōmentarijs retinuimus, antequam sen-  
tentiam Arist. explicemus. Et singula capitaho-  
rum librorum interpretemur, pauca quædam no-  
bis præfanda sunt, ea maxime sine quibus nō faci-  
le est cognitionē cōparare doctrinā Aristoteleæ  
quam nobis tradit idem philosophus in his libris.

Titulus  
horum li-  
brorum.

De titulo verò horum librorum dictum est à nobis, satis superque  
initio commentarij in lib. de priori resolutione: Diximus enim quam  
obrem duo illi libri atque etiam hī resolutoriū dicantur. Præterea can-  
sam reddidimus cur illi de priori resolutione inscripti sint, isti verò de  
posteriori inscribantur. superuacaneum ergo fuerit de eadem re quid-  
piam in praesentia disputare. ad alia igitur contendamus: Et definia-  
mus iam quæstionem illam quæ inter principes quæstiones referri so-  
let, quod nam sit horum librorum subiectum qui de posteriori analysi fito quod  
inscribūtur. prætermissis autem ambagiis ego sic statuo subiectum sit subie-  
ctorum librorum esse demonstrationem. hanc sententiam aliquot ar-  
gumentis conuincam. Primum verò à definitione subiecti sumptū rū libro-  
rum. sic concluditur. subiectum est id de quo per se monstrantur affectio-  
nes. huiusmodi est demonstratio, est ergo ea horum librorum subie-  
ctum. discursus legitimus est, maior est Arist. cap. viij. lib. primi. mi-  
norem propositionem facile quidem veram esse intelliget, qui Aristo resoluit.  
telis istos duos libros diligenter euoluerit.

Prīa que-  
stionis  
subiectum  
sit subie-  
ctorum.

Prima ra-  
tio.

De post.

Deinde. subiectum disciplinæ alicuius idem est quòd materia. hoc Secunda  
est id de quo agitur, huiusmodi est demonstratio, ut aperte constat. ratio.  
ea ergo horum librorum subiectum est. Idem quoque constat ex in- Tertia ra-  
scriptione aut titulo. titulus enim paucis complectitur summam eius tio.

B rei

## Quæstiones

rei de qua agitur. titulus vero est de posteriori resolutione. at qui prior resolutio in formam fit syllogismi, posterior in materiam. materia autem syllogismi quodammodo est demonstratio. quare subiectum horum librorum est demonstratio. nam syllogismi diuisio, in demonstratum, dialecticum, & sophisticum non aliunde quam ex materia

*Quanam sumpta est.* Cum sit autem duplex demonstratio, una qua docet rem demonstrare esse & demonstratio, quod est, dicitur. *Alia vero quæ rationem redditio subiectum cur hoc sit illud, quæ appellatur demonstratio propter quid Arist.* *Erum sit.* *quidem utrumque genus demonstrationis explanat, at qui potissimum subiectum horum librorum demonstratio est qua docet propter quid.*

*Demonstratio cur res fit duplex* Rursum cum huiusmodi demonstratio duplice genere contingatur. nam quedam generalis est, altera specialis. generalis deinde duplex est una afferens negans altera. Arist. omnes istas partes demonstrationis apparet, maxime vero formam tradit conficiendi demonstrationem universalem, afferentem, quæ tatum in primo modo primæ figuræ efficitur. nam tametsi verū sit paucas id genus demonstrationes reperiri posse Arist. cum de demonstratione conficienda præcepta traderet, illam formam demonstrandi debuit explicare, quæ optima est atq; præstigiata vt exemplar esse posset quod spectaremus. & contenderemus in demonstrando quæ proxime fieri posset ad istud genus demonstrandi accedere. ceteris enim formis demonstrandi solù nobis utendū est, tāquam secunda navigatione: sunt enim semper no-

*Quanam bis minima malorū eligenda.* vt est inueterere proverbio. ipsa enim de prior de mōstratio quæ docet rem esse nō simpliciter ab Aristotele demonstratio vocatur. cap. iij. lib. huius. vt autem affirmatio prior est & notioratio sit. quam negatio eodem Arist. autore. c. iij. lib. i. ita quoq; demonstratio De posteriori re afferens simpliciter notior atque prior existimanda est. particularis quoque demonstratio universali deterior est. atque ab ea ortum habet & robur sumit. quare non simplicitate demonstrationes putantur, neque de his ut de proprio subiecto Arist. differit aut demonstrat affectiones proxime atque per se.

## Secunda quæstio.

Altera

## præambula.

2

**A**ltera deinde quæstio est quis sit finis propositus Aristoteli in Quæstionibus libris. Finis namq; materiæ coniunctus est. huic dubitationi ea quid sit ratione respondendum est, finem Arist. in his libris esse de modo sciendi disputare. est autem modus sciendi methodus, hoc est via atq; ratio sciendi, Arist. autore. cap. i. lib. i. de anima. quoniam vero scire est rem per causam cognoscere, & quod eius rei sit causa, finis Arist. erit docere quomodo possimus rem per causam cognoscere. Res vero cuius causa cognoscitur duplice genere continetur. aut enim res cuius simplex est, ut homo verbi gratia aut coniuncta, ut homo est aptus ad causam coridendum. Si ergo res simplex sit eius causa per definitionem cognoscitur, ut homo hac definitione animal rationale. nā ut docet Arist. cap. iij. & viij. lib. ij. de posteriori analysi, definitio declarat causam. Definitio rei simplicis. causa vero rei coniunctæ, scitur per demonstrationem, ut idem Arist. scribit cap. iij. lib. i. q; enim homo aptus sit ad ridendum per demonstrationem scitur, hoc pacto, omne animal rationale est aptum ad ridendum, homo est animal rationale. est ergo aptus ad ridendum.

Quod autem huc finem in his libris Arist. sibi proposuerit, aperte si. Posterior significauit Arist. postremo cap. lib. iij. de prima philosophia quo loco ratione posteriora analytica modus sciendi appellatur, cū ait modus sciendi, docere tica, more quæ demonstrationes sint cuiq; arti accommodandæ & quam certæ. dus scientia, quod nō aliunde cognosci potest quam ex his libris. Quod autem duas sint modi sciendi partes una definitio, altera demonstratio, idem Arist. infra. Dua parnuat cap. iij. lib. i. de post. resolu. cū ait. Utrum autem alius sit sciendi modulus, inferius dicetur. ubi meminit modi sciendi per definitionem, quem sciendi. inquit esse diuersum à modo sciendi per demonstrationem cuius paulo superius mentionem fecerat: deinde colligi potest cap. i. lib. i. de anima, illis presentim verbis, quemadmodum unus est modulus cognoscendi propria accidentia per demonstrationem ita quoque unus est modulus atque ratio cognoscendi quid res sit per definitionem.

Obieciet forasse quispiam definitionem nō esse particularem ali Obiecitio quem modum sciendi. nam Arist. de definitione nō differit lib. iij. de prima. post. resolu. ut est alius modulus sciendi diuersus à demonstratione sed ut mediū est demonstrationis, nō sunt igitur duo modi sciendi. sed obiecitio

B iij facile

## Commentarius

Diluitur facile soluitur, si negemus eo loco explanari finitionem ut mediū est. non ut est alius sciendi modus. ratio est quoniam de definitione eo loco agit quo nomine significat quid res sit atque cum definitio est mediū in demonstratione nō dicit quid res sit. ut plane constare posse ex no- uem capitibus lib. ij. de post. resol. sed illud significat potius cur hoc sit illud. ut cur homo aptus est ad ridendum, quoniam est animal ratio- nis particeps.

Secunda obiection. Vrgebis, si hoc verum est cur Arist. initio lib. de priori resol. nō me minit definitionis cum ait, Primum dicendum est, circa quid & de quo est intentio, quoniam circa demonstrationem, & de disciplina de- monstrativa ea huius causa est, quoniam nō satis cōstatbat eu tempo- re vtrum definitio esset alter modus sciendi, quod explanat lib. ij.

Tertia obiectio. Sed que res rursus quam obrem Arist. nō differit prius de defini- tione quam de demonstratione. cum sit natura prior quam demonstratio. ratio est quoniam non satis aperitum erat, vtrum questio quid est debeat explicari definitione an demonstratione, in methodo vero de monstrandi qualis est illa quae explicatur in libro de post. resolut. dubia vltimo loco sunt collocada, quae vero manifesta sunt initio disputatio- nis ut dignitates, definitiones, descriptiones, conclusiones autem qua- rum facimus fidem per demonstrationem in extremum locum, hac maxime causa coniiciuntur. ex his igitur constare potest, quod sit pro- positum Arist. in his libris.

## Tertia quæstio.

Quem v- sum pre- stent hī libri. Tertia quæstio est quam nobis utilitatem præbeat horum librorū cognitione: eam si ouerimus vñ hemētrius eorumdem librorum stu- dio incumbemus. trahimur enim omnes boni cupiditate. ex his libris quot & quantas utilitates, possumus capere arduum admodum est atque explicatu difficile, verum nos paucis perstringemus summam earum. Primum omnium huc spē. Etant omnia quae in categorijs. & libro de interpretatione. atque etiam in libris de priori analysi scri- pta sunt. deinde, quoniam homines natura facti atq; compositi sunt ad ra-

## in caput primum.

3

ad ratiocinādum, horum librorum cognitio præcepta tradit instituen- di, atque formandi rationem cum modum excurrendi atque etiā col- ligendi certo & fine errore vnum ex altero demōstret: rursus illam præbet utilitatem istorum librorum cognitio, ut possimus per nos, nouam artem efficere. & iudicare de cōfēcta. qui sane vñs mea senten. Primus tia est maximus. ad inueniendam nouam artem viles sunt hi libri, vñs. quoniam viam atque rationem docent inueniendi præcepta quibus cōstat ars, atque etiam explicādi eadem postquam inuenta sint. duo siquidem ista continentur in methodo demonstrandi. quod si illi vti- les sunt ad inueniendam nouam artem, viles etiam erunt adiudican. Secundus. dum vtrum recte inuenta ars sit, an secus. nam si vera præcepta sint, Tertius. si vtilia ad finem cōsequendum, si denique inter se cōsenserint, existi- mare par est, recte inuentam artem esse. si vero quo loco opus est sin- gula collocata sint aperte intelligimus inuentam arteri recte esse explicatam, haec autem omnia docebimus si duos istos lib. de post. re- solut. nouerimus. præterea etiam (quod raro fit) qua methodo id est Quartus. qua via & ratione singuli libri magnorum virorū, quibus artes ipsæ continentur intelligi possint, cum autem de arte confecta iam iudi- cium ferimus cognitione instructi eius discipline quā in his libris nos docet, Arist. dabimus operam sedulo, ut virtus quae in simili negocio admitti solent corrigantur.

Primum quidem separabimus aliena præcepta à proprijs eius ar- Quæ sint tis. deinde ea præcepta addemus quae esse intellexerimus. detrahe- & arte cor- mus quoque superuacanea. tertio quæ ordine carent, suis proprijsq; lo- rigenda. cis singula collocabimus. cōfusa deinde distinguemus, ut lucem atque splendorem habere posse oratio. ad haec quæ sparsa sunt & diffusa, plusquam satis sit, colligemus. postremo ambigua ab arte reūcitemus. omnium istorum semina sparsa sunt per istos duos lib. Arist.

## Quarta quæstio.

Consequitur deinde ea quæstio quo loco inter partes dialectica Quo loco sint isti libri colla- sint collocandi libri de posteriori resolutione. hanc vero quæstio- candi.

B ij nem

## Quæstiones

nem nos facile soluimus respondentes collocari debere statim post libros de priori resolut. & ante libros top. ratio est, quoniam cognitio ceterorum librorum necessaria est ad comparandam, istorum cognitionem. nam cum in his libris de demonstratione differat Arist. & demonstratio sit quidam syllogismus, is rursum propositionibus constet quæ subiecto & praedicato efficiuntur necessarium est primum omnium notitiam categoriarum comparare in quibus subiecta & praedicata explicantur, post categorias librum de interpretatione, in quo de enuntiatione differitur, post librum de interpretatione cognitionis comparanda est librorum de priori analysi, in quibus syllogismus explicatur, post libros de priori resolut. proxime consequuntur libri de posteriori analysi qui merito antecedunt libros topicorum atque ideo proxime collocantur.

**Obiectio.** Sed contra istam sententiam sunt aliquot argumenta atque rationes. Prima ratio est inuentio prior est quam iudicium. sed in libris top. explicatur inuenitio, in istis explicatur iudicium, ergo libri topicorum debent ante soluitur. cedere libros resolutorios. ista tamen ratio partim a nobis soluta est in questione quarta preambula ad quinq; voces porphirij partim disoluenda est, initio commentariorum in topica. quare alio contendamus.

**Secunda obiectio.** Secundum argumentum est isti libri non sunt logici, ergo frustra querimus quo loco reponatur inter partes logicae. nota est consequentia, Soluitur. & antecedens probo, logica est probabilitum, haec disputatio est necessaria, ergo haec disputatio logica non est. disoluenda ratio est, distinguendo logicam a dialektica quod factum est a nobis loco citato, paulo superius. dialektica quidem probabilitum est. logica vero solum instrumentum conficit atque etiam supeditat quo reliquæ omnes artes & disciplinae tractentur.

**Tertia obiectio.** Rursum sic obiectio haec disputatio est metaphysica, non est igitur logica. nota est consequentia & antecedens probo, in prima philosophia est scientia causarum ut inquit Arist. c. i. lib. i. de prima philosophia. haec disputatio docet scientiam causarum, ergo est pars metaphysice. Facile tamen ratio proposita disolvitur, nam minor propositio posterioris syllogismi falsa est. in his enim libris non docet Arist. scientiam causarum. sed solum docet methodum, qua instructi possimus rem unam quamq; per

## præambulae.

4

per causam cognoscere. Prima vero philosophia tractat atque explicat ex professo causas rerum. huiusmodi est deus, atque etiam intelligentia. nunquam enim Arist. in metaphysicis docet quare ratione causa utendum sit. sed hoc docet Arist. in logica.

In hac vero disputatione Arist. seruat methodum demonstrandi: Quia siquidem primum omnium elementa seu principia explanat, nempe modum ser definitiones aut definitiones deinde vero per ipsa principia alia presentia. probat quæ oriuntur ex ipsis principijs.

Iam paucis doceamus quo pacto isti libri dividantur. quæ ergo in Librorum his libris explicantur, aut principia sunt, aut orta ex principijs, quare divisione tractatio haec duobus libris absolvitur. prior vero in quinq; partes diuisus est. Prima pars elementa atque principia continet. Secunda continet. Quae si affectiones demonstrationis, & pertinet ad caput duodecimum. Tertia, gulis parte his est quæ demonstrationi repugnat, & porrigitur a duodecimo capitule usq; ad Vigesimum. Quarta parte comparat Arist. demonstrationes inter se & sex proximis capitibus explicatur. Postremo est de habitu cognoscendi demonstrationem atque etiam medium. Secundus autem liber definitionem explanat, quæ est alter sciendi modus.

## Argumentum cap. primi.

Item tempus est ut Arist. sententiam interpretationem, exorsi a primo isto capite, in quo declarat Arist. q; contingit aliquid scire. necesse enim est ut qui de modo sciendi pracepta tradit (quod facit Arist. in his libris) primum omnium constituant, nos aliquid scire posse neque nostru scire, esse reminisci, ut quidam existimat. Sed potius doceri: atq; id ex rebus antea cognitis. Vnde occasione accepta quæ sint praeteligenda in omni demonstratione. & quo pacto ea praetelligi debeant, nos docet. Postremo cum in demonstratione duas existant propositiones, declarat non similiter utrunque praecognoscendam esse.

## Caput primum.

Omnis doctrina omnisque disciplina intellectiva ex praexistente cognitione.

## Commentarius

Plato in  
menone.

Propositū  
Arist.

Syllogis-  
mus.

**P**laton in dialogo qui meno inscribitur aperte testatus est nos, nullius rei scientiam comparare posse, sed nostrum scire esse quoddam recordari. & diligentia atque studio, solum excitari in nobis eas disciplinas atque scientias, quarum cognitione mens nostra natura praedita est. Sed nos illarum obliuionem cœpimus corporis virtutio, cui anima nostra iuncta est. hanc sententiam primum omnium studet Arist. refellere: & monstrare, nos quidem doceri posse. & haec quidem doctrinam atque scientiam gigni in nobis ex rebus antea cognitis, hoc verò probat à genere sumpto argumento quod hac ratione concluditur. Omnis doctrina intellektua fit ex præ existenti cognitione. demonstratio, doctrina quedam est, ergo fit ex antecedenti cognitione. discursus legitimus est in tertio modo primæ figuræ, minor est aperta. maiorem probat Arist. non quidem demonstratione, cum ea ad hanc sententiam confirmandam non facile suppetat: est enim velut communis sententia, aut principium: at qui principia definitur ab Arist. ex quibus alia, quæ nō ex alijs, neque ex seipso sunt. inductione autem maior propositio probatur, cuius inter ceteros ille maximus vñus est ut serviat explicandis artium principijs. inductionem verò his verbis Arist. complexitur.

Id quod perspicuum erit si singulas persequamur disciplinas. Primum enim mathematicæ disciplinæ atque adeo ceteræ omnes artes hac ratione continentur. deinde & dialektici hoc modo aut ratiocinatione aut inductione differunt. Vtraque enim argumentatione ex his quæ ante cognita sunt, id, quod queritur docetur. illa quidē acceptis quibusdam quasi perceptis & cognitis ab his quibus cum disputatur. Hac vero ob id, quod res vniuersa efficitur, per singularia quæ sunt vnicuique manifesta. postremo & oratores hanc in probando rationem sequuntur. aut enim exemplis quæ inductiones aut enthymematis, quæ syllogismi sunt, probant.

Inductione, quemadmodum dixi, omnium artium & disciplinarum quæ discursu aut ratiocinatione comparantur confirmat Arist. superiorum sententiam. etenim omnes illæ ex prius cognitis docent. mathematicæ enim disciplinæ, quæ plurimum demonstratione vtuntur ex antecedenti principiorum cognitione comparantur. nempe dignitatū

## in caput primum.

dignitatum definitionum & descriptionum quæ elementa vocantur.

Deinde facultates quæ vtūr argumentatione dialektica ex antecedenti cognitione comparantur. vtuntur enim syllogismo dialektico, atque etiam inductione. Vtraque tamen forma fit ex præ existenti cognitione. Nam dialekticus syllogismus cū sit probabilis ex sumptu syllogismis prius cognitis & concessis ab aduersario: est enīm dialekticus. propositionibus. Dialecticus. Dialectum vtuntur dialektici ex antea cognitis efficit. nam inductione vniuersale colligimus ex singularibus quæ quibusvis sunt manifesta. Rhetorica etiam facultas ex præcognitis fit. nam exemplo constat, Rhetores quod est inductione. & enthymemate quod est syllogismus. atqui inductione, & syllogismus, vt dictum est, sunt ex præcognitis. quare & enthymema & exemplum. omnis ergo doctrina & disciplina intellektua fit ex antecedenti cognitione: quod probandum Arist. succiperat. quod si verum est, falsa est sententia Platoni existimatis nullius rei esse scientiam. obseruandum hoc loco est quod Aristoteles exordium sumit à generali quadam oratione cum inquit. omnis doctrina & omnis disciplina intellektua fit ex præ existenti cognitione: quod & genere suo facit. Solet enim bac ratione exordium facere eius libri in quo res magna explicatur, in libris enim de physica auscultatione; sic p. auspicatus est. cum ait, circa omnes doctrinas quarum sunt principia causæ, vel elementa, intelligere semper oportet ex eorum prævia cognitione. moralem deinde philosophiam hoc pacto aggreditur, omnis doctrina atque ars, similiter actus & electio bonum quoddam appetere videntur. eandem consuetudinem retinuit initio lib. de prima philosophia, cum ait. omnes homines natura scire desiderant. Ratio est Ratio huiusmodi pronuntiata admodum generalia magnum momentum habent ad fidem faciendam. cum autem persimilia pronuntiata sumpta sint ex communi sensu hominum demonstratione probari non debent, neque possent quidem etiam si nos illa monstrare studeamus: inductione igitur confirmantur. quod facit in praesentia Arist. nam exemplo omnium artium atque scientiarum. vñt. cum nera artis autem tria potissimum artium atque scientiarum genera veram tunc.

C esse

## Commentarius

esse sententiam hanc, in omni scientiarum atque artium genere planū facit. quædā enim artes sunt quæ explicantur demonstratione. aliae, quæ syllogismo aut inductione, aliae deniq; quæ vel enthymemate vel exemplo. demonstratione tractantur disciplinæ mathematicæ, geometria, arithmeticæ, musica perspectiva, arque aliae id genus scientia. syllogismo, topico aut probabili præterea etiam inductione, tractantur scientia naturales & medicina. neque enim tam firma, sunt in his disciplinis rationes quām sunt firmæ atq; cōstantes in superioribus artibus & disciplinis. quā obrem dialectico syllogismo & inductione cōtentæ sunt. rhetores vero morales philosophi atque etiam etate nostra cōcionatores enthymemate atq; exemplo plurimū vtuntur. quoniam permutat maxime mores hominum. atqui hys artificibus iis finis propositus est & destinatus ut persuadeant sententiam suam auditoribus. omnium igitur artium atque scientiarum inductione confirmat Arist. istam suam sententiam, cum triplicis huius generis mentionem facit.

**Cur isto.** Sed quæres cur eo ordine exēpla collocat, fortasse ea causa factū ordine ex est quod p̄stiora, priora sint atqui si rationem probādi consideres empli col principem locum mathematicæ artes tenent quæ demonstratione tra locat. Etantur secundum obtinent illæ artes quæ syllogismo atque inducione explicantur. postremum locum illæ artes tenent ad quas explicandas enthymema atque exemplum referuntur.

**Quis sit sensus huiusmodi positio** unde initium sumit Arist. non satis interscriptores constar. sophistæ enim perditissimi homines & bonarum literarum calamitas aiunt illud vnum Aristotelem his verbis significare, cognitionem intellectuam, hoc est quæ intellectu fit, ex sensifica cognitione oreum habere. nam antecedentem cognitionem hanc vocat. quā rem ut probet, multa differunt de ortu eius notionis quæ existit in intellectu, sed quorū illa spectet nō satis intelligas. cognitione intellectuam ex sensu pendere dubium sane non est cū nihil existat in intellectu quod nō prius fuerit in sensu & corrupto sensu, necesse sit corrupci scientia eius rei quæ de obiecto eius sensus haberi posset ut Arist.

hoc

## in caput primum.

6

hoc primo libro demonstrat, atqui in præsentia nihil minus quam hæc ipsam sententiæ exprimere studet idem philosophus. nam antecedentem cognitionem vocat ille quacunque cognitionem, siue sensus illa dēs cognitio. siue intellectus, quæ scientia discursu & ratiocinatione comparata antecedit, sed ea res aperte cōstat, ubi singulas partes huius communis sententiæ explanauerimus. in primis doctrinæ & disciplinæ Doctrina meminit. hæc vero duo vocabula eandem prorsus rem significant, cognitionem videlicet quandam discursu comparatam. ratione tamen plena vñ doctrina atq; disciplina distinguntur. Doctrina enim dicitur qua ratione procedit ab eo qui docet. disciplina vero quia existit in eo qui instituitur siue docetur. hoc nos docet Arist. lib. iii. de phisica auditio- ne, quo loco cupiens monstrare actionem & passionem vnum atque eundem motum esse, differre tamen ratione inquit, quod actio, motus est ut ab agente prodit, passio vero existit in eo quod patitur. quæ admodum, inquit, doctrina & disciplina comparantur. atque ut motus, inquit ille in eo existit quod mouetur ita doctrina atque disciplina re vera in eo existunt qui discit. intellectua inquit hoc est quæ ratione atque intelligentia perficitur, διανοτηθ, græce dicitur. hoc nomine significat, sensus cognitionem doceri non posse, atque ex consequenti, neque doctrinam neque disciplinam vocari debere. atque ideo neque ex illa alia antecedenti cognitione quæ in nobis existat fieri debere. hinc etiam fit cognitionem angelorum, aut scientiam non fieri ex illa antecedenti cognitione. neque enim revera doctrina aut disciplina existimanda est. nam neque discursu neque syllogismo vlla ea cognitione comparatur. rursum cum intellectuam nominat doctrinam, inuit in qua parte animæ existat hæc cognitione compara ratiocinatione. non enim existit in sensu sed in intellectu. obiter etiam quorundam philosophorum sententiam refellit qui bruta animalia doceri posse arbitrabatur. nam cum intellectu destituta sint, possunt do in quo doctrina existit doceri nulla ratione bestæ poterunt. omnis ergo cognitionis discursu & ratiocinatione comparata quæ in intellectu tantum existit ex præexistenti fit cognitione.

Existit tamen hoc loco dubitatio chm dicat Arist. omnem doctrinam

C iij nam

## Commentarius

nam ex præ existenti fieri cognitione. virum ex ea fiat tanquam ex causa efficienti, an potius tanquam ex materia. diuersæ sunt de hac Fauenti- quæstione sententia fauentinus non ignobilis autor, commentario in hunc locum scribit fieri ex eadem tanquam ex materia. Sententiam Secunda suam confirmat ipsa phrasis loquendi, & dicēdī charactere. ait enim, causam significamus. Ferunt tamen alij fieri ex ea tanquam ex causa efficienti, hoc duplice argumento probant, primum quidem quoniam cap. ij. Arist. inquit principia demonstrationis causam esse cōclusio- nis quod ad efficientem tantum causam videtur esse referendum. est autem ille locus nō ab simili huic. Deinde etiam, quoniam præter præ cognita nulla videtur esse reliqua causa quæ doctrinam efficiat. sunt Nostra sē igitur verba referenda ad efficientem causam. Mihi tamen ita vide- tentia. tur partim posse verba ista pertinere ad causam materialē, partim etiā ad efficientem, nam antecedens cognitio & materia est ratiocinationis conficiētæ cum in ea collocetur & vim habet maximam ad efficiendum una cum ipsa mente huiusmodi cognitionem. quare nihil prohibet quosdam putasse causam esse materialē, alias verò efficientem. vera est igitur Aristotelis sententia cum inquit, omnem cognitionem discursu comparatam, quæ intellectu perficitur, indige- re anticipata aliqua cognitione quam præ existentem appellat. neq; stens co- hoc verum est tantum in omni artium genere. sed etiam quocunque gniū. modo doctrina ab hominibus comparetur, sine enim inuentione fuit siue lectione, siue opera atque diligentia præceptoris ex antecedenti fuit cognitione siue ea anticipata cognitio insita nobis natura sit siue comparata prius propria inquisitione, aut præceptoris diligentia & in Circa ora dustria. quo loco Arist. exemplo vtitur eius disciplina quæ syllogismo tides &c. vtitur atque inductione, sic ait & circa orationes &c. quæ loco orationes appellat disputationes dialekticas, quæ de rebus probabilibus ha- beri solent. id enim est oratio apud Arist. multis locis maxime verò in top. disputationes igitur syllogismo vtitur. nō demonstratio, nam huius prius meminerat. cum de mathematicis disciplinis loqueretur, sed tōpico aut dialektico seu probabili. is verò syllogismus ut princi- pijs,

## in caput primum.

7

pijs, constat dialekticis propositionibus, quæ tametsi nota per se non sunt tanquam cognitæ conceduntur à respondentे. nam dialecticus interrogat & ex concessis colligit conclusionem. atq; ideo ait Arist. hæ quidem accipientes tanquam à notis. Loquitur autem de disputatio- nibus dialekticis quæ syllogismo explicantur. alia verò disputatio- nes ex singularibus manifestis sensu fidem faciunt vniuersalis.

Postremo, inquit, similiter autem rhetorica persuadent: orationes intelligit. Rhetoris enim finis est vel Aristotele autor, lib. i. rhet. ad theodectem ex Platone in dialogo qui gorgias inscribitur persuade- re. Vtitur autem rhetori, eodem aurore loco citato, exemplo & enthi memate. exemplo quidem quoniam vehementer exempla mouent, & concitant animos: cum ex uno singulari aliud colligitur propter similitudinem. Quo loco duplē fidem facit, vnde doctrinalem quæ Duplex philosophis accommodata est: alteram suasoriam quam oratoribus fides. concedit. enthimemate etiam vtitur in quo assumptio reticetur: quod ea extra causam sit: & quoniam vniuersa quidē est lentius mouet.

Quamquam autem Arist. inquit ad rhetores pertinere enthimemate, atque exemplum non negat eisdem, interdum inductione agere inductionem & syllogismo. atqui exemplum & enthimema iure quodam suo ad ne & syllogismos pertinent, quod significare cupit his verbis.

Sed obiect fortasse quisquam, inepie facere Arist. qui exemplum vocat inductionem: enthimema syllogismum: cum re vera hæc ipsa diuersa sint. atqui non omnino eadem hæc facit, sed innuit eum usum praestare rhetori, exemplum atque enthimema, quem capit dialekticus ex syllogismo atque inductione.

Dupliciter autem est necessarium præcognoscere, alia namque quia sunt præ opinari necesse est. alia verò quid est quod dicitur, præ intelli- gere oportet, quædam autem vtraque, vt quoniam omne aut affirmare, aut negare, verum est, quia est. triangulum autem quoniam hoc significat, sed vnitatem vtraque vt quid significat quidem, & quia est. non enim similiter horum vnum quodque manifestum est nobis.

Ostendit Arist. omnem doctrinam fieri ex antecedenti cognitione, explicat iam modus sit antecedentis cognitionis: & quarum C iij rerū

## Commentarius

**Quæ snt rerū sit antecedens cognitio.** sermonem istum maxime accommodat doctrina quæ per demonstrationem comparatur. nam de ea in presentia sermo est. hæc verò aptare reliquis artibus & disciplinis difficile non est. hoc vt explicemus, animaduertendum in primis est, quod duobus modis rē quāpiam cognoscimus, aut enim cognoscimus

**Bifarium rem esse.** hoc est existere in natura rerū ut hominem esse. aut cognoscimus rem esse, hoc est verā esse, quod ad enuntiationem uniuersam piā cognoscimus, omne animal rationale esse

aptum ad ridendum, rem esse cognoscimus, id est, veram esse enuntiationē. Deinde cū agnoscimus quid sit, aut cognoscimus quid vox signifiet, hoc est quæ sit ethimologia nōis, quæ est prima quæstio in qua-

cunq; disputatione, aut cognoscimus quid sit. hoc est quæ sit definitio.

**Præcognitio.** Rursum in quavis doctrina duo insunt, problema inquam, de quo cōtroversia est, & quod nos doceri cupimus, quod demonstratione coligitur. deinde vero principia per quæ doctrinam efficiuntur, impreble

**Problema.** mate verò aut quæstione duo existunt termini, subiectum, inquit, quæ-

**Problematis ter-** stionis & attributū, ut cum quærimus sit ne homo aptus ad ridendū.

**Datum.** Subiectum quæstionis datum aut cōcessum appellant, quoniam tan-

**Quæstū.** quam certū sumitur. Attributum verò aut prædicatum quæstionis,

quæstū nominant, quoniam rogamus utrum in suu dato, cum enim

quærimus, utrum homo sit aptus ad ridendū, sumimus hominem quæri-

**Princi-** mus autem utrum aptum ad risum in suu homini. Sunt etiam in scien-

**zia.** tia principia quedam quibus demonstramus quæstū inesse dato,

huiusmodi sunt. omne animal particeps rationis est natum ad risum.

omnis homo est animal particeps rationis.

**Tria exi-** Ergo in omni doctrina aut scientia perfecta tria existunt, subiectū

**stū in om-** seu datū, de quo passiones atq; affectiones monstrantur; deinde quæsti-

**nī doctri-** sum ipsum. hoc est passio quæ monstratur de subiecto: postremo, digni-

**na, vel p-** tas seu principiū sciētia per quod passiones demonstrantur de subiecto

**fecta scie-** tia, ut aperie cōstat in uniuersitate scieria quæ de homine agit. eius

**tia.** enim subiectū homo est. aptū ad risum vel ad fēdū vel suscipiendū

disciplinas, affectio est quæ de homine monstratur, omne animal ratio-

nis particeps, est aptū ad ridendū, & hinc similia, dignitates aut prin-

cipia

## in caput primum.

8

cipia huius scientiæ vocamus. Docet igitur Arist. in præsentia duo Propositiū vna est, quod duo sunt modi præcognoscendi, aut enim præcognoscimus, quod res sit, aut quid res ipsa sit. Tria verò præcognoscimus. in omni doctrina, subiectū datum & dignitatem. docet deinde quomo do singula istorū præcognoscere debeamus. de subiecto enim scientiæ præcognoscimus, quia est, & quid est, quia est hoc est existere. & quid est, hoc est quæ sit eius finitio, seu nominis significatio. at verò de quæ sitio præcognoscimus, quid sit, id est, quid significet vel quæ sit eius de-scriptio. nō autem, quia est, hoc est esse, seu conuenire subiecto quæstio-nis, seu dato. nam hoc est cuius scientiæ cōparare volumus. deniq; de principijs demonstrationis præcognoscimus esse, hoc est vera esse. in scientia enim de homine qui est eius subiectum præcognoscimus, & esse & quid sit, nam neutrum monstrari potest, affectiones vero hominis quid sint præcognoscimus, non autem esse, quia hoc colligi-mus demonstratione. at de principijs huius scientiæ præcognoscimus. quia sunt, hoc est vera esse.

Tribus autem exēpli viri ad rem istā explicandam. illud enim, Tribus ex-e-de quacunq; re est affirmatio vel negatio, præcognoscimus quia est. exēpli v-hoc est verū esse. triangulum vero præ intelligimus quid sit. unitatem titur. autem, quia est, & quid est, hoc est esse unitatem, & quid unitas unitas sit. unitatem enim accipit vice subiecti. triangulum loco quæstū. De quacunque re est affirmatio vel negatio vice dignitatis.

Quæret forraſe quispiā utrum hac exempla vera sint: & alterū re Quæstio: Vera subiectū sit alterum quæstū: tertium dignitas. aiunt quidā hæc utrum hæc ipsa vera esse exēpla, atq; ex eisdem posse cōfici quādam demonstra-tionem, in qua ea ratio seruetur, quæ est, explicata paulo superius. rā sint. Verū amē ego sane nō video neq; quispiā nobis persuadere poterit, Refelli-quo pacto ex his tribus exēpli illa demonstratio possit cōfici: ob eā rē tentia: maxime quod subiectū, & passio nō sunt eiusdem discipline sed di. Nōtra se-ueria. nam triangulum pertinet ad geometriam, unitas ad arithme-ticam. dignitas verò omnium artium atque scientiarū communis est.

Quare mihi ita viderur, quod tametsi vera hæc exempla omnino nō sint præsertim cū triangulum nō sit affectio figura sed species potius

C iij quæ

## Commentarius

Cur dispa- quæ ad quartā spaciē qualitatis refertur, his Aristo. proueris v̄sus est, rata acci- dum alia suppeterent. dis̄parata verò illa exempla cœpit, hoc est quæ piat exē- non essent omnia vnius artis aut disciplinæ, ut vel exemplis proposi- pla. tis doceret, hac præcepta communia esse omnium disciplinarum, ne-

Cōtra sen- que esse vllius propria aut peculiaria.

tentiam Contra sententiam autem Arist. sic obūcio, est præter duas illas Arist. de præcognitiones, quid est inquam, & quia est, alia eriam præcognitio consequentiæ, ergo male inquit quod duobus tantum modis contingit præ intelligere. nemo enim exacte potest quidpiam demonstrare, nisi

Priā rō. prius intelligat legitimā esse formam colligendi vnum ex altero.

Secunda ratio. Deinde, dignitatem non solum præ intelligimus quia est, id est ve- solvātur ram esse, sed præterea quid sit, errat ergo cum inquit tantum præco- rationes. gnosci quid sit. utraque tamē dubitatio facile admittitur. Arist. enim non negat necessariam esse præcognitionem formæ colligendi: nō re- censuit tamen illam hoc loco quoniam illa est propria liberū de prio- ri analysi, vnde sumitur, atque huc adducitur.

Themi- Secunda dubitatio s. luitur si dicamus non negare Arist. quod di- gnitatem præcognoscamus esse, & quid sit, sed quoniam quid sit non cōuenit primo & per se dignitati sed ratione terminorum propriam prænitionem retulit. eam vero prætermisit quæ propria nō est. Dein de sub hac comprehenditur altera. nemo enim certo sciet veram esse propositionem, cuius significationem ignorat. themistius ait, subie- c̄tum præcognoscī quia est, dignitatem vero & passionem quid est, cuius sententia eo tantum sensu vera est, si nobis illud significet præ cognitionem. Quia est, propriam esse subiecti. Quid est autem, digni- tatis & passionis. subiecto enim maxime conuenit ista prænitione.

Quando- Deinde quod dicimus ex Arist. sententia necessariū esse ut prin- sporteat principia scientiae præcognoscantur tunc maxime verum est cum prin- cipia obscurasunt, atque ignota non cum aperca sunt & quasi insita scere.

Sunt autem eorum quæ cognoscuntur quædam quæ ob id postea à nobis cognoscuntur, quoniam antecessit aliarum rerum cognitio, alia vero sunt, quoram simul cum altero acquiritur cognitio, cuius generis

sunt

## in caput primum.

9

sunt singulæ partes quæ sub uno genere vniuerso, quod tibi cognitum est, compræhendantur. nam quod omne triangulum, tres habet angu- los pares duobus rectis, præ noueras, quod vero etiā illud quod in semi circulo descriptum est, tale sit, statim vbi animum aduertisti ad illud cognouisti. Sunt igitur res quædam quæ hoc modo, in aliis cognoscun- tur, nec medio adhibito, extrema intelliguntur cuiusmodi sunt, generis vniuersi singulæ partes. omniaque quæ de nullo subiecto dicuntur.

Hunc locum varie exponunt enarratores, mihi tamen non tam est animus numerare sententias quæ appendere. atque illam sequimur da senten- xime quæ prestantior atque veritati magis cōsentanea videatur. hæc tia sunt, ut explicemus meminiſſe necesse est, quod quemadmodum decipi bi- fariam cōtingit Arist. autore lib. ij. de priori analysi, cum de deceptio- ne differit (aut enim circa vniuersale decipimur, aut circa singulare) Bisariam ita quoque duplex est sciētia, vna vniuersalium altera singulirum. decipi- mur. Scimus enim triangulum habere tres angulos equales duobus rectis, Bisariam atq; etiā hoc triangulum habere tres angulos. docuit hactenus Arist. scimus. qua ratione vniuersale sciamus in aliqua arte aut disciplina ex cogni- tione antecedenti, hoc loco docet quomodo singulare sciamus tanquā ignotum ex præ existenti cognitione. atque ita inquit. quod vniuersa- le quidem prius scire potuimus per demonstrationem. ut quod omne triāgulum habeat tres angulos equales duobus rectis. Quod autē hoc triangulum habeat tres angulos non cognoscimus per aliquam dem- strationem. quinim, vbi cōspexi scio statim habere tres angulos, ex cognitione vniuersalis, nempe quod omne triangulum haberet tres an- gulos. itaque vniuersalis & singularis scientiam habemus sed vniuer- salis quidem per demonstrationem ex antecedenti cognitione princi- piorum, subiecti atque passionis. Singularis vero scientiam habeo ex præ existenti cognitione vniuersalis.

Non multum ab hac nostra interpretatione, philoponus discrepat Philo- comentario in hunc locum, cum ait hactenus Arist. monstrasse scien- tiam quæ demonstratione comparatur, fieri ex antecedenti cognitio- nia, nunc vero probare doctrinam eam quæ inuentione acquiritur, fie- ri etiam ex præcognitis. ut constet verum esse quod dixerat, omnem

D. doctrinā

## Commentarius

**Inductio.** doctrinam fieri ex praexistēti cognitione. nam induc̄tio ad artium inūerse analysis. & quidem vniuersalia propria demonstratiōne cognoscuntur, lūm co- & per mediū aliquod ut omnis hom̄ est aptus ad ridendum, per hoc gnitio. mediū, omne animal rationale est aptū ad ridendum. singularia vero nō demonstrantur per medium: sed facta inductione in vniuersali cognoscuntur. hoc autem est quod inquit Arist. quorūdam hoc modo, hoc est per inductionem, disciplina est, & non cognoscitur ultimum, id est conclusio, per medium aliquod. subiungit, quae sunt singularia, & non de subiecto aliquo. solum enim vniuersalia dicuntur de subiecto, id est nomine & ratione prædicantur.

**Vulgata** Sumpta occasione ex illis Arist. verbis, quædā sunt quorū simul cū **quaſtio-** alijs acquiritur cognitione: solent sophistæ tractare hoc loco quaſtione vnu ſimul illa, vnu neceſſariū ſit ſimul habere fidē principiorū. & conclusionis **vnu ſimul** accogno- an potius euenire aliter poſit. in qua quaſtione explicāda vehemēter ſeim̄ pri- cipia con- laborat. atqui neq; Arist. occasiōne quaſtioni dedit, ut moſtratū est, clusionem neq; ſi illā dediſſet opus erat multa in eius explanationē cōſerue. con- agnoscere - ſtat enim aperite, quo tempore ratiocinationem legitimā eſſe, principia inus. quoq; demonstratiōnis vera eſſe nouimus, ſi animū aduerramus neceſſario ſtatiū habituros fidē cōcluſionis, cuius principia cauſa ſunt na- turales, ut vulgo putatur. & quæ niſi impediātur neceſſario agunt, ſed de hac re ſuperuacanū fuerit diſſerere präſenti loco, fariſ est in- diſſerere lectori, hanc arq; id genus ſimiles quaſtiones, non poſſe habe- re ortum, ex verbis. Arist. Ut quidam putant.

Ac fatendum eſt quidem priuſquām aut inductione aut ratiocinatio- ne illa concludamus, modo quodam illa iam ſciri & modo quodā alio- nesciri. nam quod omnino nescit quispiam an ſit, quomodo illud tres habere angulos pares duobus rectis plane ſcire poterit. atramen illud peripicum eſt quod ea ex parte id ſcīt, qua in toto genere illud cogni- tum atque perpectum habet per ſe autem aut diſtincte adhuc nescit. alioqui in ambiguitatem menonis incideamus: ut aut omnino nihil diſcāmus, aut id quod iam ante ſciebamus.

Ex his quaſdixerat paulo ſuperius colligit Arist. quod ante aquām inductione utamur, aut ſyllogiſmo colligamus cōcluſionem, quodam mode

## in caput primum.

10

modo illam ſcimus, & quodammodo ignoramus. quam ſententiam Quodam ut oſtedamus vera eſſe, ſcire oportet quod duobus modis contingit rem modo ſci- quempiam ſcire, vniuersaliter inquam, ut vulgo dicitur. atq; etiam in mus cōcluſe. Vniuersaliter rem quāpiam cognoscimus cum illam cognoscimus in ē, an- in alio. ut hominē cognoscimus, cum cognoscimus animal, & quendā teq; fiat hominem, cū hominem. Cognoscimus, rem in ſe, cū propria cognitiō- m° & que ne rem intelligimus. idem censendū eſt euenire cum rem quāpiam de dammodo monſtratione cognoscimus. nam duobus etiam illis modis qui ſunt à illā igno- me explicati id accidit. ait, ergo Arist. quod ante aquām inductionē ramus. Scire rem faciamus, aut ratiocinatione quidpiam colligimus, conclusionem quo Scire rem dammodo ſcimus, & quadam ratione ignoramus. ſcimus enim eam in genere in vniuersali, hoc eſt in genere ſub quo illa continetur, de quo habe- & in ſe vulgo, in mus demonstrationem. ſimpliciter autem vel diſtincte atque in ſe il- vniuersa lam ignoramus: quoniam propriam de ea demonstrationem non ha- li, atque bemus. exempli rem probat, nam quod hoc triangulum habeat tres etiā i par angulos equales duobus rectis, ante aquām inductionem faciamus, ticulari. aut utamur ratiocinatione, aliquo modo nouimus: nempe in genere vniuerso huius trianguli. Sciebamus enim, atque id per demonſtra- tionem, omne triangulum habere tres angulos duobus rectis pares.. Cum autem inductionem facimus, dicentes, hoc eſt triangulum, aut ſyllogiſmo ita colligimus, omne triangulum habet tres angulos duo- bus rectis pares, hoc eſt triangulum, ergo habet tres angulos. ſimpliciter atq; in ſe rem illam ſcimus, cuius prius habebamus cognitionem, atque ſcientiam in vniuerso ipſo genere.

Huius vero conclusionis fidem facit Arist. ea ratione quoniam niſi Demon- hec ſententia vera ſit, incideamus in laqueos illius quaſtioni quæ eſt, ſrat Ari- apud Platōnem in menone. vulgo dicitur in menonis, ambiguitatem ſtoleles co- incideamus, eſt apud Platōnē dialogus qui meno vel de virtute inſcribi cluſionē. tur, in eo meno cū Socrate de virute diſſerit, cū autem quid virtus Menonis ſit quaſtio eſſet, hāc ipſam quaſtione aut difficile à Socrate expli- ambigu- cari poſſe, aut omnino non poſſe, Meno ait. rationem vero eam red- it, quoniam homo, neq; quod nouit, neq; quod ignorat inquirit. Nam si noſcir, nulla opus eſt inquisitione. Si vero ignorat, etiam ſi querat,

Dij nunc

## Commentarius

Verba  
Platonis.

Rem ac-  
commodat  
proposito  
negotio.

Socrates  
Recordatio.

nunquam id inueniet quod querit. Sed audiamus iam ipsum Platonem loquētem. Socrates. Vna tecum rem hanc discutere institui, & quid sit virtus inuestigare. Meno, à quo tramite id inuestigabis o Socrates quod quidem omnino quid sit ignoras. quale enim tibi proponebis id quod ignoras inquiris? aut etiam si in illud incidas quoniam signo id quod ignoraueras esse illud agnosces? Socrates. intelligo quid velis, o Meno, at tu animaduertis ne, quam peruvicacem argumentationem in mediū adduxisti? quod videlicet homo, neque quod nouit, neq; quod ignorat, inquirit. nam si noscit nulla inquisitione opus est. sed neque quod nescit inuestigabit. non enim agnoscit quod querit. hactenus Plato. hanc ergo, Menonis ambiguitatē vocat Arist. quoniam isto arguento studebat meno apud Socratem efficere frustra quidem inuestigari, atque inquiri, quid virtus sit. in iis ergo laquos inquit Arist. ferri precipites, qui negant nos nescire aliquo modo conclusionem anteaquam colligatur syllogismo. & eandem quodammodo ignorare. Nam si illam omnino scimus frustra scientiam eius demonstratione inquirimus, si verò cōclusionem prorsus ignoramus: neq; illā agnoscemus postquam ea nobis occurrit, aut obiam ierit, collecta syllogismo. quoniam verò quodammodo cognita est, anteaquam syllogismus efficiatur, cum sit cognita in genere vniuerso, cum occurrit, simpliciter atque omnino proculdubio cognoscimus id esse quod inuestigamus. Deinde cum simpliciter & in se ignota conclusio sit etiam si eadem in generē nouerimus prius, inquisitione quidem opus est, ut in se illam conclusionem agnoscere, atque scire, possimus.

Meminisse tamen necesse est, Socratem nō omnino probare rationem Menonis, soluit tamen eandem, quod anima ipsa recordetur earum rerum quas per se, hoc est sine corpore nouit. Est enim recordatio aut reminiscētia etiam auctore Aristō. renouatio collapse memoriae, ex initio quod eius permanit. querere igitur ac discere, ait Socrates, apud Platonem, loco citato, reminiscētia est, qua propter inquit, litigios & illi argumentationi nequaquam credere decet. pigros enim nos quodammodo redderet. Deinde docet Arist. qua ratione sophistae soluerent rationem eorum qui conabantur persuadere nullius rei scientiam

in caput primum.

ii

scientiam esse, atque obiter refellit rationem quam illi sequebātur in Refellit diluendo arguento. Rogabant Platonis auditores qui scientiam ar sententiā bitrabātur esse quandam reminiscentiam, eos qui putabant, alicuius Platonis rei scientiam esse utrum scirent omnem binarium esse parem, aut Arist. & omne triangulum habere tres angulos duobus rectis pares. nam si rationem quid est, id est maxime, cuius haberi scientia potest: aiebant illi se soluit. hoc scire. Argumentabantur Platonici, hoc pacto aduersus eosdem. Vos scitis omnem binarium parem esse, sed quod est in meis loculis binarius est (adferebat autem binarium cuius notitiam illi cum quibus disputabant, nullam haberent) scitis igitur hoc esse binarium. ratio inveniatio legitima est, cōclusio tamen est falsa, ergo antecedentis altera pars, non minor ex hypoteysi, maior igitur falsa est. nihil igitur contingit scire. respondebant sophistæ se nō scire simpliciter omnem binarium parem esse, sed quem sciant esse binarium. Neque omne triā gulū habere tres angulos duobus rectis pares: sed solum scire, eum binarium esse parem quem sciant esse binarium. atque in ceteris simili modo: quare cum nesciant binarium esse id quod est in loculis non oportet, scire quod par sit. hoc modo argumentum soluunt. verum Arist. ineptam esse hanc rationem dissoluendi questionem proposi- Sophistæ tam coīcīt, quoniam p̄cepta artium sine vlla cōditione tradūtur. carpit quare scimus simpliciter omnem binarium parem esse. & omne triā Arist. gulū habere tres angulos duobus rectis pares. non autem quem sci- Artium mus binarium esse, aut triangulum. quod ita probatur: eius habemus p̄cepta scientiam cuius habemus demonstrationem, cum scire sit per demon fine adiectione tra strationem intelligere, atqui habemus demonstrationem huius quod duntur. omne triangulum habet tres angulos: ut docet euclides. Item etiam Syllogis- quod omnis binarius par sit, ergo hoc scimus. cum autem in demonstra- tione nulla earum propositionum quā sumūtur ad colligendam cōclu- sionem cōfiteri ista autē ētione aut definitione, quem scio aut scis, plāne constat peccare quī ita dicendum putant. Illa verò ratio platonico- Quo pa- rum peccat quidem, quoniam vel debuit colligere, ergo hoc est par. Etō peccet & tunc nihil conficitur absurdī. vel minor propositio hoc pacto sumi ratio. debuit. scis hoc quod est in meis loculis esse binarium. neutrō tamen

D ij modo

modo effecta ratiocinatio est. vitiosa igitur est.

*Deinde quandam aliam obiectionem diluit quæ propositam pa-*  
*Altera lo superioris sententiam cōsequitur, ea est, si conclusio quodammodo co-*  
*obiectionis. gnita sit, anteaquam ratiocinatio efficiatur, fieri ut idem bis sciatur,*  
*Nihil pro nam eadem conclusio per demonstrationem rursum addiscitur. Inquit*  
*Arist. nihil prohibere quominus idem bis sciatur si nō eo modo disca-*  
*bibet idē, quo erat cognitum prius: quod cōtingit in præsentia. nam in vni-*  
*sciri bis. uerso genere cognita conclusio est ante inductionem & syllogismum,*  
*syllogismo vero illā discimus simpliciter atq; in se: ergo bis potest res*  
*eadem cognosci. diuerso tamen modo, atq; etiā per media diuersa. est*  
*autem absurdū cādem rem scire bis, eodem modo. & per idem mediū.*  
*Vnde rursum colligi potest. quod initio probandum erat, nostrū scire nō*  
*esse reminisci, sed doceri potius. atque istam doctrinam fieri ex an-*  
*tecedenti cognitione. hac vero quæ postremo loco diximus Arist. his*  
*verbis significat.*

Neque enim cum his consentio, qui hoc modo solvere ista conātur, scis ne omnē binarium parem esse? illo autē dicente, tum proferebatur binarius aliquis quē ille nē esse quidem suspicabatur: ob idq; nec parē esse sciebat: ita enim disoluunt, vt se dicant nescire, omnē binariū esse parem, sed quem sciunt esse binarium, atq; id dubium nō est. quum id sciant quod demonstratione cōclusum est: & eo modo quo iis probatum est: probatum autem iis est nō de omni triangulo aut numero quē sciunt esse, sed omnino ac simpliciter de omni triangulo aut numero. nam neque sumptionum illa cum hac adiectione in demonstratione sumitur. quem sciis esse numerum, aut quod sciis esse recti lineum sed simpliciter in omni accipitur. nihil igitur meā sententia vetat, quomodo quod discas partim sciias, partim nescias: neque enim incommodū est id nos aliquo modo scire, quod discimus. sed nos hoc modo scire, id est qua ratione. & quomodo discimus, id iam scire, id vero est in-  
 commodum.

### Quæstio vtrum contingat aliquid discere.

*Q*uoniam Arist. constituit doceri aliquid contingere & hanc ipsam doctrinam gigni in nobis ex rebus antea cognitis atque perceptis, paucis mihi de scientia rerum differendum esse ar-  
 bitror,

### in caput primum.

bitror, ut quæ Aristotelem ratio mouerit ut questionem propositam explicaret constare posse. Inter veteres philosophos magna cōtrauer- Cōtrouer-  
 sia fuit, esset ne rei cuiuspiā sciētia, & quidem plēriq; illorū arbitra- sia vetus.  
 ti sunt, nullius rei scientiā esse, in his fuerū Heraclitus, & Democri- Prima se  
 tus. in his etiā vniuersa schola epicureorū philosophorū, quod est à no- bīs obiter explicatum questione prima præambula ad quinq; porphi- tentia.  
 rīj voces. istos philosophos illæ maxime rationes mouēt. Vna est quod Prima ra  
 existimarent incōstantem, fragilem, caducā. & in cōtinuo motu po- tio:  
 sitam vniuersam naturā, atqui scientia eorū est, quæ vno atq; eodem modo semper se habent. Altera ratio est, quod veritas quā scire cupi- Secunda  
 mus in profundo demersa sit: neq; facile in medium lucem hominum ratio.  
 extrahi possit: præsentim cū fini angusti admodum sensus hominum  
 & brevia vita curricula. Tertia ratio est quoniam eorum indicio illa Tertia ra  
 tantum existunt in natura rerum quæ indiuidua sunt: & ortui sunt tio.  
 atque intercui obnoxia. scientia vero de rebus est vniuersis & quæ nullas temporis vices ferat. his argumentis adducti, scientiam rerum de medio auferebant. arbitrati vero sunt omnia opinionibus teneri.

Fuerunt alijs, qui & sentirent, & suarum literarum monumētis Secunda  
 scriptū nobis reliquerint, multarum rerū scientiā esse. hanc vero non opinio-  
 aiebat cōparari illa doctrina, aut præceptoris diligentia: sed tantum Appella-  
 excitari in nobis earū rerum scientiā: quā ab iuncti à corpore cōpara-  
 ueramus. nam corpus potius existimabat impedimento esse quam pro-  
 desse illo pacto ad cōparandam rerum scientiā. aggrauat enim ani-  
 mam, non iuuat. Vnde illud interdum vinculum animæ, cōpēdes in- Appella-  
 terdum. aut carcere Plato vocare solitus est. quod non sinat animū tiones cor-  
 recte suo officio fungi, atque ut eius postulat natura. Quam obrem poris.  
 nostrum scire nihil aliud esse putabat quam reminisci. aut vetera re- Scire no-  
 cordari, in hac opinione Socrates fuit apud Platonem in dial. g., qui recorda-  
 meno, vel de virtute inscribitur. eandem quoque Platonica philoso- ri.  
 phi sequuntur, & mordicus tenuerunt. ergo istorum philosophorum Humanæ  
 opinione, studium, diligentia, curæ literariae, præceptoris opera industria illud tantum præstant nobis ut minori negocio quæ olim didicimus fructus.  
 cum soluti, corpore eramus, in memoriam reuocentur. multas in-

D iiiij hāc

## Commentarius

Prima ra  
tio.

hanc sententiam rationes loco citato Plato refert sed quæ videntur aliquid habere momenti partim ab Aristotele. paulo superius explosæ sunt. partim à nobis in præsentia explodentur. Prima ratio est, quod pueri qui nunquam scholas adierunt, neque audierunt præceptorem, cum interrogantur geometrica, ordine quoddam respondeant, atque ex una re aliæ colligant quæ prius obscura atque difficilis videbatur. Fingit enim Plato puerum respondentem quem idem nosset, ne leuiter quidem literas unquam attigisse.

Secunda  
ratio.

Altera ratio est, cū discere sit, querere quod ignores. cum scientia quis inuestigat demonstratione, aut nouit quod querit, aut nō nouit, si nouit, nulla est opus inquisitione, si non nouit, etiam si obium sit quod querit nequaquam illud agnoscat, quare si quidpiam facimus inquirendo, illud maxime ut recordemur atque ex principio aliquo, collapsam memoriam reparemus.

Tertia ra  
tio.

Tertia ratio, est etiam explicata ab Aristotele. & ita colligitur, si quidpiam nos scire possemus illud doceremur maxime, quod omne triangulum habet tres angulos pares duobus rectis: aut quod omnis binarius sit par: atqui nihil horum à nobis sciri potest: si quidem triangulum quod alicubi conditum est, nescimus habere tres angulos neque similiter binarium conditum in loculis parem esse. hæc est Platonis maximi philosophi sententia, hijs atque alijs pluribus argumentis explicata ab eodem in Menone.

Sententia  
Aristo.

Tertia opinio de hac re est Aristotelis atque ea sane media est inter duas explicatas. Nam neque scientiam adimit, quod faciunt epicurei atque Heraclitus, & alijs. Neque nostrum scire inquit, esse recordari, quod Plato ait. quinimodo ita putat, plurimarum rerum scientiam esse quā nos demonstratione doceamus. existimat enim Aristoteles esse vniuersas, quarum cognitio atque scientia per demonstrationem comparatur, neque enim ortum aut interitum sentire possunt: sed perpetua sunt, & mutari nulla ratione possunt. quam obrem si res ipsas sp̄ecies nihil prohibet cur scientia non sit. principia quoque demonstrationum. natura nobis insita sunt, ex quibus doceamus. sunt hæc principia, cōmunes quedam sententiae quæ proximo cap. ab Aristotele explicatur

## in caput primum.

13

explicantur. hæc sunt semina scientiarum: igniculos vocat Cicero, virtutum atque scientiarum, in quibus potestate scientia existit. & ob eam rem publica lumina vocantur. ut enim quod cernimus in lumine cernimus ita quoque omnes conclusiones quodammodo existunt in principijs atque in eisdem spectatur. hæc igitur est Aristotelis de scientia rerum sententia, quam ego cæteris arbitror praestare.

Sententia  
Aristote  
lis maxi  
me proba  
tur.  
Obiectio.  
Soluitur.

Sed obijciet fortasse quissipam Aristotelem non abhorrere ab opinione Platonis præceptoris sui cum cap. iij. lib. viij. de physica auscultatione dicat: à principio comparari scientiam sedatis animis. veritatem si diligenter rem expēdiamus, plane comperiemus Aristotelem nunquam in hac sententia fuisse. cum presenti cap. & in libro de memoria & reminiscencia, tertio etiam libro de anima. cap. viij. aperte labefactet sententiam Platonis. hæc autem verba Aristotele referenda quidem sunt, ad usum principiorum scientia. illis enim tametsi nobis natura insint, uti nullo pacto possumus nisi tranquilla mens sit, & quietus animus. quod verum esse idem Aristoteles monstrat, pueroru exemplo. ita enim ait, non enim discere pueri neque perinde sensibus. discernere possunt, atque ij qui prouecta sunt aetate. est enim vehementis in eis perturbatio atq; motus. quare existimare non licet Aristoteles in eadem heresi cum Platone fuisse, quod pertinet ad questione proposita. superest iam rationes in contraria partem adductas dissolvere quando neque Heracliti. neque Platonis nobis sententia probatur. Soluitur argumenta vero quibus Heraclitus atque eius sequaces persuasi hanc sententiam habuerunt per se quidem nullius sunt precijs. Praesertim si constituamus in natura rerum vniuersale coniunctum cum rebus singularis. non est enim existimandum de rebus singulis esse demonstrationes sed de vniuersis.

Platonis vero rationes quibus effici videbatur nostrum scire esse Platonis quoddam reminisci, si que sunt à nobis explicata ex Aristotele sententia rationes. in memoriam reuocemus, nullo negotio diluentur. in primis quidem fatendum nobis est quod postrema ratione efficitur, rogatos quādoque pueros de rebus mathematicis, etiā si illas disciplinas profusus ignorant, recte respondere, atqui cum ordine interrogantur ex rebus an-

E tea

## Commentarius.

tea cognitis atque perspectis doctrinam comparant initio sumpto ab ipsis principijs quorum cognitionem natura quidem nostris metibus indidit, atque imprestit. Verum cum antea quam conclusionem syllogismo cocludamus quodammodo illam nouerimus: nempe in vniuerso genere: nihil mirum est, si facta demonstratio, simpliciter atq; in se, eius scientiam quam inquirimus, habeamus. rursum cum huius habeamus demonstrationem: omne triangulum habet tres angulos. Et binarius est par, dubitari non debet, quim nos scientiam quoque istarum rerum habeamus. oportebat autem ut sciremus parem esse numerum, nosse prius binarium esse.

**Obiectio.** Sed obieciet aliquis fortasse, nō opus esse praeceptore, si verum est quod paulo ante diximus, coclusionē in principijs existere. ipsa siquidem principia per se satis sunt. neq; demonstratio vlo pæcto indigeremus, si in principijs existunt cetera. hæc vero ratio facile solvitur. non est enim satis principia rerum cognouisse, vt quæ ex principijs orta sunt intelligamus, sed accommodanda sunt communia ipsa principia inductionibus. hoc vero edocemur à præceptore. vt enim agricultura docet cui solo, & qua ratione semina mandanda sint, vt fructum ferant, ita quoque præceptor quibus principia, & quo illa pæcto accommodanda sint, docet.

### ¶ Argumentum cap. ii.

**P**ropositum Arist. præsenti capite est docere quid sit demonstratio quæ quoniam principijs constat & conclusionē vtranque partem explanat, atque etiam confert inter se.

### Caput secundum.

**S**cire autem opinamur vnum quodque simpliciter & nō sophisti co modo quod est secundum accidens cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est, & quoniam illius est causa & non contingit aliter se habere. nam quod rem scire sit tale quidpiam quale dicimus hoc argumento perspici potest quod omnes qui aut re-

uerba

### in caput secundum.

14

uerba sciunt, aut scire se putant rem ita se habere ut diximus, aut reuera aut sua opinione cognoscunt.

**C**onfutata Platoni sententia qui dicebat, nostrū scire esse quod dam reminisci a greeditur Arist. artem demonstrandi quā explicare in animū induxerat. In ea primū collocat clementia seu principia. Ut exemplo suo confirmaret, quod cap. octavo huīus libri p̄a Ponenda cipit, atque etiam octavo topico cum sit in methodo demonstrandi primum ponenda primum sunt elementa. quod facit Euclides in libris de geometria. sunt tres inquam definitiones. & vnum postulatum.

Est autem postulatum, si Euclidi credimus, principiū quod demonstrari nō potest, explicatione tamen aliqua indiget. Postula- formas autē principiū que in demonstratione ponuntur atque eārūdem discrimi- tum. nā persequitur Arist. & cap. præsenti, & cap. viii. eiusdem libri.

Prima igitur definitione scire explicatur, ea sic habet: Scire opinamur vnum quodque simpliciter & non sophistico modo, quod est sit. secundum accidens, cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est, & quoniam illius est causa. & non contingit aliter se habere. hæc finito duabus sane partibus constat: Altera enim parte res explicatur quæ definitur. Altera pars finitionem habet. cum enim scire bifariam contingat, simpliciter quidem atque sophistico modo, quod est secundum accidens: simpliciter hoc est primo & per se sci- re, ut explanat Arist. cap. quinto huīus libri. Sophistico autem modo, id est non primo neque per se rem per causam cognoscere, vt eo- dem capite constat. Arist. præsenti definitione non explicat vtrum citer. que scientia genus, sed illud dumtaxat, cum primo atque per se causam cognoscimus. res igitur quæ definitur his verbis comprehenditur. scire simpliciter & non sophistico modo, quod est secundum finitum. accidens. nam cum non cognoscimus causam rei primo atq; per se mo- re sophistarum rem scimus non simpliciter. qui vero rem quāpiam nouit simpliciter is causam novit, propter quam res est. & nouit quod illius rei causa sit, & qd nō contingat aliter se habere. est in primis ne- cessarium ut causam rei norit, quoniam qui ignorat causam rei, re quoq; E ij ignorat

## Commentarius

Quib' re ignorat. Oportet etiam cognoscere eam esse eius rei causam quam scibus opus re se quisque putat. Postremo cum scientia proprium sit non posse diffit ut sim- suaderi a ratione, necessariū quidem est, ut quod se quisque scire expliciter dicatur non possit aliter habere. nam scientia eorum est, quæ vno atq; eodem modo semper se habent. quod autē hęc omnia necessaria sint, scire.

Vt quispiam dicatur scire rem simpliciter. Arist. est etiam autor. cap. Instare q̄s iij.lib.vij.top. instare enim, inquit, quemquam scire cum intermit sciat. id unde sequitur falsum. & scit. instare qui scit unde falsum collectū est, quatenus eius est causa. idem scribit, cap. iij.lib.ethi.vi. & lib. j. de prima philosophia cum ait. scientia acquisitio causarum inuentio est. & id cuius est simpliciter, scientia non contingit aliter se habere. Quoniam vero hęc ipsa finitio quibusdam partibus effecta est atque constat, singulas existimare par est, alicuius rei gracia, indefinitio esse positas. eius videlicet ut cognitionem quæ per demonstrationem comparatur à reliquis modis cognoscendi distinguamus.

Cum can sam cog- Ea igitur parte definitionis, cū causam cognoscimus, distinguitur scire simpliciter à cognitione principiorum. ea enim non habetur per noscim⁹. causam, vt docet Arist. capite decimo quinto huius libri usque ad caput vigesimū. eadem parte definitionis separatur demonstratio, quia

est. ea enim nō sit per causam. Ut monstrat Arist. capite decimo hu- Quonia illius est libri. illa vero parte, quoniam illius est causa, separat Arist. cogni- tionem, qua cognoscimus rem esse & quid sit. Illa & siquidem cognitio causa. nes causarum sunt non tamen quia cause sunt. vt Arist. declarat. Et nō con cap. ij.lib.ij.de post. analysi. postremo inquit, & non contingit aliter tingit ali se habere, quia est propositio necessaria. Hanc finitionem quæ quo- ter habe- dammodo videtur obscura esse illustrat Arist. communis uero loquen- re. Commu- di, iuxta praeceptum quod idem tradit. c. viij.lib.i.top. quo loco praci- ni uero lo- pit ponenda esse tanquam probabilia quæ apparent omnibus aut plu quedi sen ribus aut sapientibus. Omnes enim homines tam eruditii quam rudes tentia il- atque artium ignari tunc putant se rem quamquam scire cum eius rei lustrat. causam se arbitrantur intelligere: & rogati cur se scire putent, respon- denr, quod causam intelligent. quamquam inter utrumque genus ho- minum, vt inuit Arist. illud maxime interest, quod docti atque eru- diti

## in caput secundum.

15

diti putant se causam intelligere, & causam norunt. imperiti vero at que rudes arbitrantur se nosse causam, ignorant illam tamen.

Ex finitione scire simpliciter colligit Arist. quoddam postulatum, Postula- illud est. quod scimus non potest aliter se habere. Quæret aliquis quā tum. obrem Arist. scire prius explicuerit quam demonstrationem, cum sit. Quæstio demonstratio prior scientia. nam ab ea efficitur. huius rei non vñata cur prius explicet tum ratio reddi potest. sed multa potius. primam tamen sic accipite. scire q̄ de Arist. modum sciendi, vt dixi, explicare cupit in his duobus libris, is monstra- modus est demonstratio: quoniam vero (cap. iij.lib.ij.ethi.) ex notio ne finis vel Galeno autore initio tegni, optime constituitur ars ipsa, Soluitur. aut modus tractandi artes. à fine incipiendum esse sibi, censuit Arist. Prima ra- & quidem cum scire sit finis demostandi ab eius finitione incepit. tio. Ars consti- constituta enim finitione scire, demonstrationis finitio facile consti- tuitur. quod & facit Arist. presenti capite. Is enim postquam expli- tuitur ex cuit scire, sic ait, si igitur id est scire quod diximus, necesse est demon- stratiuam scientiam constare ex veris &c. tandem quoq; rationem consti- tutionem syllogismi tenuit in lib. de priori analysi. nam Finitio quia syllogismus argumentatio quædam est in qua conclusio colligi- syllogis- tur neccssario, triplicem formam fecit syllogismi. & utiles syllogis- mos ab inutilibus discrevit. etenim methodus resoluendi cognito fine totam artem explicat. Vnde quatuor isti libri resolutorijs vocantur, Cur libri quoniam in eisdem ex fine Arist. explanat artem conficiendi syllo- resolute- mum. atque etiam rationem conficiendi demonstrationem. atq; hęc vñ isti vñ potissima causa est cur Arist. scire explicuerit primo loco. est enim centur. eius finitio necessaria ad constituantem finitionem demonstrationis.

Accedit ad hoc quod scire notius est. quam demonstrare. est enim Secunda vulgi verbum. demonstratio vero philosophorum. est autem à notio- ratio. ribus nobis inchoandum, Arist. autem plurimis sane locis.

Est etiam scire communius & generalius verbum quam demon- Tertia stratio. omnis siquidem demonstratio scientiam gignit, at non omnis ratio. scientia demonstratione comparatur.

Præterea in definitio demonstrationis scire collocatur cum dici. Quarta mus, scire, est per demonstrationem intelligere. quā obrem necessariū ratio.

E iij fuit

## Commentarius

fuit prius explicare scientiam quam demonstrationem: ad cuius notiam comparandam multū adfert opere praeij, nouisse, quid sit scire.

Itaque res quæ sub scientia cadit ita est certa ut omnino aliter esse non possit.

Hoc est postularum quod Arist. proponit & superiorē finitionem cōsequitur. idē tradit Arist. lib. i. de prima philosophia, idē. c. iij. lib. vi. ethi. illud aliquo modo verū esse demonstrat. Arist. c. v. hui⁹ libri primi.

Ac sit ne aliud sciendi genus postea dicemus, illud nunc certum est, scire illum qui per demonstrationem rem cognouerit.

Diximus paulo superius duos esse modos sciendi. unus est per demonstrationē, alijs vero per definitionem, utrumq; innuit philosophus propositis verbis. priorem modū attingit cum ait, illum scire, qui rem cognouerit per demonstrationem. ex quibus verbis accipi potest hæc definitio scientiæ simpliciter: Scire est. per demonstrationem intelligere. Vel vt Arist. inquit. c. iij. lib. v. ethi. Scientia est habitus comparatus per demonstrationem. Cum enim scio, omne animal rationis particeps natum esse ad risum. & omnem hominem, esse animal particeps rationis. scio omnē horum natū, esse ad risum. atq; id simpliciter scio. quoniam per demonstrationem quæ ex causis procedit rem cognosco.

Alterum modū sciendi qui fit per definitionē tagit Arist. cū ait, postea dicemus sit ne aliud genus sciendi. istud vero genus sciendi, secundus finitio est. Nam ea cognita rem cognosco. hominem verbi gratia cognosco cū agnosco animal rationale. de hoc modo sciendi disputat longissima oratione idem philosophus, lib. ii. de post. analy. si. neque enim audiendi sunt qui putant, atque ita locum interpretantur, in commentarij suis cum inquit si sit aliud genus sciendi, Aristotelem significare cognitionem principiorū. quoniam ut cognitione principiorum non vocatur scientia sed intelle. Etus lib. vi. ethi. & lib. ij. de post. resolut. ita quoque cognoscere principia, scire non est, sed intelligere. Vnde ad calcem huius cap. eum qui principia nouit non dicit. Arist. simpliciter scire, sed melius esse dispositum quam si sciret. deinde quia tametsi cognitionem principiorum scientiā vocaret Arist. absurdum est existimare modum esse sciendi, atque illum a scientia diuersum. quam obrem

in caput secundum.

16

obrem istis verbis definitionem insinuat, quæ est modus sciendi & is quidem diuersus à demonstratione.

Demonstrationē autem voco ratioeinationē quæ scientiā gignere, ob id dicitur, quod illa animo cōpræhensia statim rem scimus.

Hæc est tertia definitio quam Arist. adducit presenti capite. nā hæc tenus duas scientiæ simpliciter finitiones nobis exhibuit, ea sic colligitur. demonstratio est syllogismus quem cū habemus scimus. in ea definitione pro genere ponitur syllogismus. siquidē. c. iij. lib. i. de priori analysi syllogismus communior est demonstratione. nam demonstratio quidam est syllogismus. cetera vicem habent differentie. fine autē constat definitio, vt diximus. nam finis demonstrationis, est ipsa scientia.

Si igitur id est scire quod diximus, necesse est demonstratiūam scientiam ex his sumptionibus constare, quæ veræ sint & primæ & immediatæ, & notiores & priores, denique & causis conclusionis. nam si hæc sint omnino fiet, vt commoda sint ad id quod demonstratur principia. quamquam enim possit esse ratiocinatio, vt simul hæc non sint, omnia, in demonstratione tamen sunt necessaria: alioqui vt rem sciamus nunquam efficiet.

Hæc tenus tradidit Arist. atque explicuit tres definitiones, duas scientiæ, unam demonstrationis, rursum postulatum quoddam, illud est, quod scimus non contingere aliter se habere, iam incipit theorema proponere.

Est autem theorema, vt ex Euclide constare pos sit conclusio quæ demonstratur. quæ quoniam sola cognitione contenta est, neque pertinet ad operationem hanc appellationem suscepit. Ut theorema, seu speculatio diceretur. à problemate, quod etiam demonstratur, differt. Problema quoniam pertinet problema ad actionem. prioris generis est, omne triangulum habet tres angulos æquales duobus rectis posterioris vero, supra datam lineam rectam triangulum equilaterum, constituere. tradit igitur nobis in presentia quoddam theorema aut conclusionem Aristoteles ea est, quod demonstratio debet procedere ex primis veris medioque vocantibus, prioribus notioribus, causisque conclusionis. admonet tamen initio hoc theoremate comprehendendi

E iij omnia

Primum theorema

## Commentarius

omnia quae necessaria sunt ad demonstrationem. nam qui syllogismus  
bis constat scientiam simpliciter gignit, & que ratiocinatio quidpiam  
habet non habet, syllogismus quidem esse potest, demonstratio ve-  
ro nullo modo esse potest.

Duplici argumēto probat Arist. demonstrationem his omnibus constare debere. Primum quidem ex illis principijs, quae ab omnibus cōceduntur, & que sunt paulo superius posita hac ratione. scire, est rem cognoscere per causam primam, & que non posse aliter se habere. & demonstratio est syllogismus faciens scire, ergo demonstratio debet procedere ex primis veris atque in mediatis, prioribus notioribus, causisque conclusionis. hanc rationem tangit Arist. cum inquit si igitur, id est scire quod diximus, necesse est demonstratiōnem scientiam.

Deinde confirmat singulas partes huius conclusionis.

Ac veras quidē esse p̄positiones, ppter ea oportet, quoniam id scire nō possimus, quod aliter habet atq; putam⁹. vt qđ diameter, sit symmeter.

Primum quidem probat demonstrationem cōstare debere ex propositionibus veris. syllogismus quidem ex veris etiam constat aliquando, non tamen perpetuo. quoniam ex falsis interdum necessario conclusio colligitur ut Arist. demonstrat in lib. de priori resolut. & illo constat exemplo.

Omnis homo est arbor.

Platanus est homo

Ergo platanus est arbor.

Demonstratio autem, nisi ex veris constare non potest. verū quid ex veris necessario constare debeat demonstratione hoc modo colligitur, argumento disjuncto. aut constat ex veris, aut ex falsis, non constat ex falsis, ergo constat ex veris. maior proposicio manifesta est, cu verum & falsum dividant omnem enuntiationem: minor ita persuadetur: demonstratio est syllogismus faciens scire, nullū falsum scitur. Ergo nulla demonstratio constat ex falsis. maior constat ex secunda definitione. minor probatur. quod scitur non potest aliter se habere. vt constat ex illo postulato, quod accepimus ex definitione scientia simpliciter

## in caput secundum.

17

simpliciter, atqui falsum potest aliter habere. Ergo non scitur.

Rem probat Arist. exemplo proposito, dicens, vt quid diameter Rem exsit symmeter. hoc est, quid diameter quadrati conuenire possit costae exemplo il eiusdem quadrati. nulla enim certa proportio est, inter diametrum quadrati, atque eius costam. vt Euclides demonstrat. vi. & x. lib. geometriae. atque ideo falsum est, diameter esse symmetrum. vt inquit Arist. quid si falsa sunt propositiones quae proponuntur in demonstrazione, sciri non possunt, quare neque vello modo causae erunt, cur conclusio sciatur. nam falsum veri causa esse non potest.

Primas vero atque indemonstrabiles easdem illas esse oportet, quoniam ne illas quidem perspectas habere sine demonstratione possemus, si etiam illae demonstratione probari possent. Nam ea quae demonstratione conclaudi possunt, tum demum certo sciuntur, cum est animo compræhensa eorum demonstratio.

Probat iam Arist. secundam partem superioris conclusionis, nem Quid ex parte demonstrationem cōstare exprimis atque immediatis. ratio vero primis cō hoc modo sumi potest. principia quae in demonstratione collocantur, stet demonstratio. aut monstrari possunt, aut nō possunt: si monstrari possunt: aut sciuntur, aut nesciuntur, si nesciuntur, conclusio etiā non scitur. si quidem cognitio cōclusionis pendet ex cognitione principiorum quae sumuntur ad colligendam conclusionem. Si vero sciuntur principia, ergo per demonstrationem: quoniam vt ex tertia finitione constat, tunc sciimus cum habemus demonstrationem. idem quoque rogabimus de principijs secundæ demonstrationis: quare vel procedemus in infinitum, quod fieri nullo modo potest. vt Arist. multis capitibus huius libri demonstrat: vel veniēdum est tandem per resolutionem, ad prima principia & medio vacantia, que non possint ulterius demonstrari, per etiam tamen ipsa alia mostrentur.

Ex his colligo quid duobus modis quidpiam demonstrari potest. Duobus quædam monstrantur per prima, alia vero per ea quae exprimis deducuntur: quod Arist. ea definitione significat qua vtitur cap. i. lib. i. piam mōtopicum. cum ait: demonstratio est quae ex primis & veris procedit, vel stratur. ex his quae per prima & vera sumpta sunt. hoc constare exemplo po-

F terit

terit Euclidis apud quem reperire licet consensum quendam demonstrationum à prioribus, ad posteriora. ea vero demonstratio (cum hoc cōtingit) debet precedere qua posita altera ponitur, & qua sublata, auferatur altera. quod ubi accidit nunquam quispiam rem scire credens est, nisi prima atque etiam medio, vacantia principia nouerit. atque ideo Arist. inquit ex primis atque immediatis demonstrationem constare, oportere: talis erit hæc demonstratio, cuius nos saepe numero fecimus mentionem.

Omne animal particeps rationis est natum ad risum.

Omnis homo est huiusmodi.

Ergo est natus ad risum.

Nani animal rationis particeps est aptum ad risum, priorēm propositionem nullam habet per quam monstrari posuit. Neque omni audite

Nihil dūs est. qui inquit has propositiones esse priores: omne animal partius, est ceps rationis, potest discurrens & admirari. existimat enim. inter istas tres facultates, ordinem quendam esse secundum naturam. atq; sitione om̄ ita primam esse facultatem discurrendi. hanc consequi facultatem ne anima particeps mirandi res nouas. tertiam esse potestatem: ridendi. cuius opinio si ve rationis est rā effet, eadem omnino ratio seruaretur inter actiones qua ab his facultatibus ortum habent, que inter facultates existit, atqui nullo parsum. Eto, necessarium est, ut præcedat risum admiratio. Cum saepenunc. Carpit quo nihil etiam cogitantes rideamus. neque sola admiratio causa ridendi esse posse. quare nullus est consensus atque ordo, inter ipsas facultates, consequitur ergo omnia illa principia, qua retulimus prima esse & medio vacantia.

Sed etiam ut causæ sint conclusionis & notiores & priores. nā tunc scimus cum causam cognoscimus. atqui si causæ sint necessario efficiunt ut priores sint, atque notiores. Ac notiores quidem non hoc tantum modo, ut verborum significatio intelligatur, sed etiam, ut quod ita res habeat, cognoscamus.

*Ex causis* Reliquas partes conclusionis probat Arist. sumit autem exordium, cōstat de ab ea p̄ḡre quæ ait, demonstrationem constare ex causis. quoniam demonstratio per hanc tertiam partem demonstrari debent duæ reliquæ. hanc ita probat

in caput secundum.

bat Arist. scire est rem per causam cognoscere, ex secunda definitio ne. demonstratio vero est syllogismus faciens scire, ex tertia, ergo de syllogis- monstraratio debet procedere ex causis.

Duas deinde reliquias partes demonstrat, per tertiam. omnis causa est Ex priori prior atque notior effectu, demonstratio procedit ex causis, ut ex ter bus & no tia parte constat, ergo procedit ex prioribus atq; notioribus. discursus tioribus. est legitimus & utraque pars antecedentis manifesta. maiore enim propositionem probat Arist. cap. de priori in post præd. & lib. V. de prima philosophia. minor iam dubia non est. Sed quoniam dixit Arist. demonstrationem fieri ex notioribus, & bifariam aliquid cognosci Occurrit potest. esse inquam & quid sit, admonet philosophus, principia de obiectio- monstrarionis utroque modo notiora esse oportere. oportet siquidem ni Arist. cognoscere, quid sint, hoc est, qua sit significatio verborum quibus co stant principia: & esse principia. vera inquam.

Neque mirari quispiam debet, aut Aristotalem reprehendere in cōstantia & levitatis quodd dicat in praesentia, principia utroque modo cognosci debere, esse videlicet & quid sint. cum cap. proximo solum præceperit præ intelligere oportere esse principia: id est vera esse. faci le enim Arist. qui voleat ab inconstantia nota liberabit, si consideret Diluitur primum cognitionem quid est quæ principijs inest non esse principio rum propriam sed vocabulorum quibus constant principia. Deinde non fuisse necessarium huius relectorem admonere quæ difficilis nō sit. siquidem plane cōstat nō posse quempia intelligere vera esse prin. Quæstio cipia nisi vocabulorū prius significacione intellexerit. quaret fortasse virū hæc quispiam utrum hæc oratio quæ explicata à nobis est existimari de. si defini beat definitio demonstrationis necne. vulgo creditur, hanc esse finitio stratiōis. nem. neque permouentur cum vident paulo superius aliam definitio stratiōis. nem. demonstracionis ab Aristot. exhibitam fuisse. autem enim priori formam explicari. hæc posteriori, materiali. Sed utrumque Superior falsum est mea sententia primum enim dubium est nemini, superio rem definitionem, non explicare formam demonstrandi, sed po finem ex plicat.

F ij hij

Hac non h̄y autores. hanc esse definitionem. hoc dupli argumento constat: est fini- vnum est, phrasis & ratio loquendi, ita enim ait. Arist. necesse est tio. demonstratiuam scientiam constare ex veris primis atque immediatis.

*Prima. rātis &c. nemo est enim tam ignarus atque rudis definiendi, qui putet*

*me domum finire cum dico necesse est, domum constare ex lapidibus*

*& lignis, præsertim cum Arist. multis locis præsertim cap. i. lib. i. de anima, & lib. ii. de phys. auscultatione præcipiant, nunquam dialekti*

*cum definire debere per materiā. accedit etiam ad hoc, altera ratio.*

*Secunda. ea est, definitio monstrari non debet. hoc demonstratur ab Arist. nō*

*est ergo definitio, discursus legitimus quidem est minor aperte con-*

*stat. nam singularium partium adducit Arist. demonstrationem, ex*

*principijs ut monstratum est. maior quoque propositio vera est op-*

*nione Arist. qui inter principia medio vacantia, per quae monstrari*

*possit, definitionem numerat. est ergo hæc conclusio quædam, ut pau-*

*lo superius docui, quæ ex tribus illis definitionibus vnoque postulata*

*monstratur.*

*Obiectur. Verum contra sententiam Arist. explicatam paulo ante obiectet*

*fortasse quispiam, in ea conclusione aliquid redundare. nam prima*

*atque immediata eadem esse videntur. Quare alterum redundat,*

*Soluitur. Arist. enim eadem ratione vtriusque partis fidem facit. verum ista*

*objec̄tio facile diluitur, si dicamus nō eadem esse primæ atque imme-*

*diata. nam immediatas propositiones illas solent etiam vocare quæ*

*singulares sunt, non sunt autem primæ cum principiis non sunt, ne-*

*nec esse ergo fuit dicere, ex primis immediatis. quod si non omnes partes*

*diversæ sint, satis esse poterit ut recte Arist. loquitum fuisse puto-*

*mus, quæ obscure dicta fuerant pluribus adiectionis vocabulis, planio-*

*ra fecisse.*

Dicuntur autem priora & notiora duobus modis. non enim idem

est, natura prius. & ad nos prius, neque notius natura, & nobis notius.

nobis quidem illa priora & notiora appello, quæ nostris sensibus ma-

gis obiecta sunt. Simpliciter autem priora & notiora quæ longius ab

sunt à nostris sensibus. huius generis sunt res vniuersæ, illius vero, sin-

gulæ. & opponuntur hæc ad se inuicem.

Hū

## in caput secundum.

Hu[m] verbis eximit animis scrupulum quandam Arist. cum dictu[m]

fit constare demonstrationem ex prioribus & notioribus, potuissef

quispiam ambigere utrum demonstratio procedere debeat, ex priori-

bus atque notioribus natura, an ex prioribus nobis. hanc dubitationē

soluit in praesentia atque in primis admonet bifaria aliiquid esse prius

Solutio ob

jectionē

atque notius altero: natura videlicet, atque nobis. natura prius idem

Arist.

est, quod simpliciter omnino, atque per se prius. quasi dixeris suapte

Natura

natura prius atque notius. neque enim appellari debet natura prius

prius.

atque notius (ut vulgo fit) nam qui ita loquuntur naturam faciunt

Error pu-

cognoscēt. & illud prius nature vocant atque notius quod illa blicus.

prius agnoscit. atqui natura nō cognoscit, autore Arist. & si cognosce-

ret, nō vnum agnoscet prius, deinde alterum. sed errandi occasione Errādi oc-

dedit mea sententia ignorata græce loquendi ratio. græci enim cum casio vñ-

volunt significare rem quampliā simpliciter talem. tu qu'ō eis, aiūt. de sum-

quasi dicant secundum naturam, talem. nam illud est simplicitate-

Ptaſit.

le, quod secundum naturam tale est. est ergo idem natura prius &

Simplici-

simpliciter per se. omnino, atque secundum propriam naturam prius

atque notius. his enim vocabulis differens de hac re sine vñlo discrimi-

ne, Arist. vñ solet. hæc de vocabulo, iam quid vtrunque sit paucis

tertiale.

appariamus.

Prius nobis atque notius, inquit Arist. illud est quod est maxime prius &

coiunctum nostris sensibus. nam cum nos per sensus, tanquam per se notius no-

nestræ animi rerum cognitionem comparemus, illud existimabimus bīs.

prius nobis, quod magis coiunctum est nostris sensibus. atqui huius-

modi sunt singularia, quæ à nobis sensibus hauriuntur; quare singula-

ria sunt priora nobis quam vniuersa. atque etiam notiora. natura au-

tem notiora atque priora sunt vniuersa, quæ sunt maxime à sensibus

abiuncta. & quoniam vniuersale causam dicit. ut Arist. refert. cap. Naturæ

xx. huius libri. quod autem efficitur individuum est. nam efficiuntur notius &

per se res singulæ. causa natura notior est atque prior quam effectu. prius.

effecta vero nobis & priora & notiora quam ipsorum effectoru[m] cau-

ſa. ex his quæ diximus ratio sumi potest, ad disoluendam quæstionem Diluitur

propositam accommodata. rogati ergo utrum ex natura prioribus & propria-

questio-

F ij notio-

## Commentarius

Syllogis-  
mus.

notioribus, an potius nobis, procedere debeat demonstratio responde-  
bimus, illam procedere ex prioribus natura hoc est simpliciter atque  
omnino (loquimur autem de demonstratione qua facit scire simplici-  
ter, & propter quid dicitur, non de ea quae vocatur quia est) hac sen-  
tentia ita conuincitur. Demonstrationis ex causis procedit, ut monstra-  
tum est tertia parte superioris conclusionis, sed causa est prior & no-  
tior natura, atque omnino. est enim vniuersale quoddam. ergo ex  
prioribus atque notioribus natura procedit. Quoniam vero inquit  
Arist. non enim idem est natura prius, & ad nos prius, dubium exi-  
stit utrum omnino atque semper verum sit, aliud esse natura prius,  
aliud nobis prius an potius contingat interdum idem esse utrumque.  
& nobis hæc questio citra magnum negotium solvi potest, dicimus enim non  
prius. Semper diuersa esse prius natura, & nobis prius. nihil enim prohibet  
esse nobis interdum prius, quod est simpliciter prius. Hæc est Arist.  
Cap. iij. sententia lib. vi. topic. quo loco de modis quibus prius atque notius di-  
cuntur differit. rem exemplo proposito illustrat Arist. dicens. quem-  
admodum quod est natura salubre contingit interdum huic homini.  
Socrati verbigratia esse etiam salubre, ita quoque nihil vetat, inquit,  
per se prius atque notius esse huic prius notiusque. quoniam vero id  
paucis contingit, raroque fit, Arist. inquit hoc loco, non esse idem  
prius natura & nobis prius, quasi dicat s̄a pe numero diuersa esse.  
Quib⁹ bo-  
minibus Idem scribit ca. j. lib. i. de physica auscultatione. Sed quæres quibus na-  
pri⁹ sit at hominibus prius atque notius sit, quod est natura, hoc est simpliciter  
que noti⁹ notius atque prius: istam dubitationem adimit Arist. loco citato, in-  
quod est quiens, secundis intellectu, prius esse atq; notius, quod est simpliciter  
natura no atq; omnino notius. Sunt id genus viri doctri. & artiū atq; disciplina-  
tius. rum callentissimi. his enim principia scientiarū priora sunt, atq; no-  
Deman-  
stratio p-  
pter quid ex viroq; modo prioribus, atque notioribus, cū enim ex principijs &  
causis procedat, ex simpliciter prioribus atq; notioribus fiunt, quia ve-  
do priori-  
bus. cipia prius cognoverūt quam cōclusionem. Quā obrem demonstratio-  
propter

in caput secundum.

20

propter quid ex viroq; modo prioribus cōstat. atq; ut vulgo loquuntur  
efficitur tam ex causis, cur res sit, quam ex causis cognoscendi.

Obiçiet rursum aliquis Arist. pugnare secum, nam in præsentia Obiectie.  
inquit vniuersa esse minus nota nobis quam singula, quoniam sunt illa  
magis quam hæc a nostris sensibus abiuncta. c. i. lib. i. de physica auscul-  
tatione ait, maxime communia esse nobis manifesta maxime, atque  
obia. atqui nos facile Arist. ab incōstantiæ specie liberabimus, si rem  
diligenter cōsideremus, sed quoniam hanc ipsam quæstionem latius per-  
sequutis sumus, atq; explicuimus in cōmentario nostro in locū citatu, Diluitur  
librorū de physica auscultatione in præsentia, paucis summā rei per-  
stringemus. & quidē prætermis̄is multorū enarratorū Arist. senten- obiectio.  
tij, mihi ita videtur, aliter accipere Arist. hoc loco vniuersale quam  
accipiat libro primo de physica auscultatione. hoc enim loco vniuersa  
le vocat principiū & causam rei. quo sensu etiā usurpat vniuersale vniuersalib⁹  
lib. i. de prima philosophia. cap. ij. cum ait fere autem sunt hominibus bifariam  
difficilima cognitu, quæ sunt maxime vniuersalia, longissime enim à  
sensibus distat. lib. autem i. physicorum, vniuersale nō dicit causam,  
sed esse & tu aut rotum. utrumque verum esse hinc cōstat, nam in lib. de  
prima philosophia atque etiam in his libris causam inquirit. alibi pri-  
mam omnium rerum causam. hoc loco, causam atque principia cōclu-  
sionis. quam obrem vniuersale ex quo efficitur demonstratio, causam  
dicit, quod ipse Arist. scribit. cap. xv. huins libri. cum autem causa sit  
natura notior quam effectus, nobis autē minus cognita, reſte Arist.  
in præsentia vniuersalia quæ causam ostendunt, inquit esse natura  
priora, notioraque, quam singularia. lib. autem primo de phys. audi-  
tione, vniuersalia non appellat causas rerum sed effecta, hæc autem,  
aperte constat, nobis esse magis obvia, atque exposita quam specia-  
lia. nemo enim ignorat facilius cognosci a nobis, ens, quam substan-  
tiani, substantiam quam corpus, hoc, quam animatum. animatum  
quam animal, animal quam hominem, denique hominem quam hūc  
hominem, sed de hac re plura dicturi sumus loco citato.

Dubium est iam quo genere oppositionis repugnat vniuersale &  
singulare, ait enim Arist. hæc ipsa opposita esse. cū sint autē quatuor

F iij formæ

## Commentarius

Quo genere contrariorum seu oppositorum testimonio Arist. in post prænere opposicione dicamentos, cap. de oppositis, vniuersale & singulare maxime videntur, ut aduersa repugnare. nam neque ut affirmatio & negatio, vniuersale & singulare. neque ut priuantia. neque tandem ut relata. sed quoniam aduersa sunt iudicio Arist. lib. iiiij. de prima philosophia vniuersale & singulare dicuntur repugnare, ut aduersa seu contraria gerunt enim similitudinem contrariorum. nam sub ente posita, maxime distant. tametsi vere contraria non sint, potius enim repugnantia videntur quam aut contraria aut opposita.

Non sunt omnino cōtraria. Quod autem supra diximus, exprimis constare demonstrationem id ita accipiendum est, ut ex proprijs principiis constare eam intelligamus. prima enim & principia pro eodem sumo.

Prima & Duplicia principia. Quoniam dixit demonstrationem ex primis constare oportere declarat, quæ nam prima vocet. atque ita ait, se pro eodem sumere prima atque principia, ut idem sit dicere ex primis constare demonstrationem ac si diceremus ex principijs constare. debet igitur fieri demonstratio ex principijs eius rei quæ demonstratur. Sed quoniam principia duplice genere continentur, quædam propria sunt eius rei quæ demonstratur, ut animal rationis particeps. solum enim conuenit homini. alia communia multorum sunt, docet Arist. demonstrationem conficiendam esse. solum ex proprijs rei principijs, quæ immediata vocat non ex communibz.

Principium. Est autem principium demonstrationis propositio immediata.

Hoc ergo modo principium finit Arist. ex quo demonstratio conficienda est, sed quoniam in principiū finitione duas illas voces collocavit Arist. propositionem videlicet, & immediatam. utraq; vocem declarat, ut definitio aperta sit. in primis vero immediata his verbis.

Immediata propositio est qua non est altera prior per quam possit confirmari.

Vt, omne totum est maius sua parte. aut, omne animal rationis particeps est aptum ad risum. nulla est enim prior propositio per quam huiusmodi propositiones monstrari possint. deinde finit propositio nem, hac ratione.

## Propositio

## in caput secundum.

21

Propositio est enuntiationis altera pars, vnum de vno.

Ide est, propositio, est altera species enuntiationis, nam speciem enū- tiationis. vocat in præsentia partem alteram enuntiationis. enuntia- tio enim tam dicitur ea quæ est in syllogismo, quam quæ extra syllo- gismum existit. verum ea pars, aut differentia enuntiationis quæ est in syllogismo, propositio dicitur quoniam proponitur, ut aliud colliga- mus. ea vero quæ extra syllogismum est propositio minime dicitur. vnum de vno inquit, ad differentiam enuntiationis, quæ plures est. nam ea ipsa locum non habet in demonstratione.

Ac dialektica quidem propositio, est contradictionis vtrauis pars, accepta ad aliquid probandum. demonstrativa vero altera tantum. & ea demum quæ vera est.

Propositionem diuidit in duas partes atque ita ait, quandam esse Proposi- diale Eticam, aliam demonstratiuam. utraque finit. dialektica inquit, tio diale- propositio vtramvis partem contradictionis sumit ad aliquid proban- Etica. dum. nam cum dialektica probabilibus argumentis differat, recte qui- dem poterit in contrariam partem agere.

Demonstrativa vero propositio alteram tatum partem sumit ad Demon- probandum, eam videlicet, quæ vera est. nam demonstratio non ex stratiua probabilibus colligit conclusionem more syllogismi topici, sed ex veris. propositio. utriusque discriminus persequutus est etiam Arist. cap. i. lib. ii. de prio- ri analysi & cap. xc. lib. de interpret.

Enunciatio, est contradictionis vtrauis pars.

Collocavit Arist. indefinitione propositionis enuntiationem. hæc Enuntia- declarat ut propositionem melius cognoscamus. est igitur enuntiatio tio. vtrauis pars contradictionis, siue affirmatio illa sit siue negatio. nam contradic̄tio pugna est affirmationis, & negationis. est enim contra- dictio affirmatio & negatio, oppositæ. c. iiiij. lib. de interpretatione.

Quoniam vero dialektica propositio vtramvis partem sumit con- tradiictionis, demonstrativa altera, contradictionem explicat Arist. hac finitione.

Contradic̄tio, est oppositio in qua nihil quod vere medium sit, re- periri potest.

G Nihil

## Commentarius

Nihil me diū inter affirmātiōē & negatiōē. si qui dem omne quod affirmamus, falso negari potest, & quod falso affe-  
rītur vere negari potest. & cuilibet affirmatiōē est negatiōē oppo-  
si-  
ta, & cōtraria ratione. & tantū vnum vni oponit, secundum affir-  
negatiōē = mationem & negationem. Cum autem medium tribus dicatur,

nam medium est aliquid situ. quo sensu medium digitum voca-  
mus. deinde medium dicitur quod ex utroque extremo effectum est.

Medij in postremo medium dicitur quidpiam negatione. quoniam ab utroque  
tellestus. extremo differt. Contradictio quidem nulla ratione mediū habet. Ut  
Contradi- Arist. demōstrat lib. iij. de prima philosophia. ceterae enim forma cō-  
ctio me= dium nul trariorū aut oppositorū medium habet. Ut in cap. de oppositis mōstra-  
lū habet. lū habet. Arist. opinione. nam inter cādū & nigrū multi sunt me-  
dij colores. qui utriusq; extremi particeps sunt. inter relata verō &  
ne persua priuantia medium est per negationem. Est enim aliquis qui neq; pa-  
det.

Ratio. i. Rationibus tamen cōinci potest, ista sententia. prima est quia si  
cōtradičtionis aliquid mediū esset, duo contradictoria falsa essent,  
non sedere. candidum esse vel candidum non esse. nam ut Arist. de-  
mōstrat lib. iij. de prima philosophia, de quoniam est affirmatio vel ne-  
gatio. Rationibus tamen cōinci potest, ista sententia. prima est quia si  
cōtradičtionis aliquid mediū esset, duo contradictoria falsa essent,  
quod maxime absurdum est. nam si inter sedere & non sedere, me-  
dium est, illud Socrati, verbi gratia, inheret, quando neutrum horum  
in sit. quemadmodum non est neceſſe Socratem esse aut candidum  
aut atrum. quoniam inter hēc duo medium est. quod si vñū sit duo  
contradic̄toria falsa erunt. nam Socrates quidem, neque sedet, ne-  
que non sedet. altera ratio est si medium sit contradic̄tionis, erit ali-  
Ratio. 2. quid quod neque sit, neque non sit. Quare aliquid fieret, aut corrum-  
peretur, quod neque esset, neque non esset. quo nihil magis absur-  
dum fingi potest.

Quoniam vero cōtradičtio definitur affirmatio & negatio oppo-  
si-  
ta declarat Arist. quid affirmatio sit, & quid negatio, quod fecit  
etiam. cap. iij. lib. de interpret. & c. i. lib. i. de priori analysi. Vtraque  
vero pars his verbis propōnitur, atque etiam explicatur ab Arist.

Huius

## in caput secundum.

22

Huius(hoc est contradictionis) pars vna affirmatio est, in qua vnum  
alteri tribuitur.

Vt cum ita loquimur, homo est iustus.

Altera negatio, in qua vnum alteri detrahitur.

Vt, homo non est natus ad corporis voluptates.

Principia immediata, quæ in demonstrationibus accipiuntur in duo  
genera distribui possunt, vñū eorū quæ quāq; demonstrati nō possint,  
nō tamen ita aperta & per se manifesta sunt, vt necesse sit iam ante co-  
gnita esse ei, qui arte aliquā discere velit. quas nos positiones appella-  
mus. altero genere continentur ea quæ ita sunt per se ipsa perpicua vt  
nō possint, non esse omnibus multo ante cognita, q; quicquām doceā-  
tur, quæ dignitates vocātur. Sunt enim quædam huiusmodi: hoc enim  
maxime in huiuscemodi consuevimus nomen dicere.

Definiuit haec tenus Arist. principiū nūc illud diuidit. nō omne ta- Diuidit  
men, sed immediatū dūtaxat, aut quod medio vacat. Duplex igitur principiū

est immediatū principiū demonstrationis, quoddam Vocatur dignitas,  
aliud positio. hēc duo illo nomine inter se cōueniunt, q; utrūq; mōstra-  
ri nō potest. differt tamen q; dignitas quæ pronuntiatū quoq; docari so-  
let, proloquiū deinde, atq; etiā cōmunis animi sententia, tam aperta

est vt nulla explicatione indigeat, sed natura insita sit omniū menti-  
bus hominū. Ut omne totū est maius sua parte. quodlibet est, vel non  
est. atq; ideo eā appellationem accepit huiusmodi principiū demonstra-  
tionis, vt dignitas appelletur. dignū est enim hoc principiū, cur per se,

hoc est sine ullis extēnis testibus fidē habeamus modo voces quibus  
cōstant agnoscatur. positio vero tamē si mōstrarī nō possit explicatio-  
ne aliqua opus habet, vel exēplo. Ut à quolibet pūcto in quodlibus pun-  
Etūm cōtingit rectā lineā ducere. Vocatur autem positio, huiusmo-  
di principiū, quoniam ponitur rāquam vasis & fundamentum reliquo-

In quacūque vero arte & disciplina necessariū quidam est ali-  
quot esse positiones huiusmodi. Ut in arithmeticā unitatem indi-  
duam esse secundum quantitatēm. in geometria omnes lineā duētā  
à centro vñque ad circumferentiam sunt æquales. in medicina. corpus  
humanum quatuor corporum elementis efficitur conſtatque. in phi-  
losophia naturæ. res naturalis materia conſtat & forma.

Principia  
quo nomi-  
ne conve-  
niant.

Dignitas  
Positio.

In singu-  
lis artib;  
sunt ali-  
quot posi-  
tiones.

G ij Multæ

## Commentarius

**Discrimina dignitatum.** Multæ verò sunt differentiæ dignitatum, quedam sunt omnium scientiarum communes. aliæ plurimarum. aliæ denique vnius tatum. primi generis sunt, quod libet est, vel nō est. de nulla re simul dicuntur affirmatio & negatio simul. Secundi verò, si æqualibus æqualia addamus, quæ efficiuntur sunt æqualia. si æqualibus detrahamus. æqualia quæ remanēt sunt etiæ æqualia. postremi generis sunt, si æqualibus lineis lineas addas æquales, quæ efficiuntur lineaæ sunt æquales.

Missa facit Arist. ea principia quæ dignitates appellantur quoniam omnium vna ratio est, & transfert orationem ad positiones quas his verbis diuidit.

Sed & positiones rursus in duo genera diuiduntur, in hypotheses, quas suppositiones appellamus, & indefiniciones. positionis ea quæ quamlibet partem accipit enuntiationis, dico autem esse vel non esse, suppositio est. definitiones sunt in quibus neutrum accipitur. quamquam enim definitiones sunt propositiones, (id enim ab Arithmeticis, initio poni solet, unitatem esse individuum secundum quantitatē.) suppositiones tamen esse non possunt, neque enim idem est quid sit unitas accipere, & esse unitatem.

**Positio est duplex. Suppositio.** Duplex igitur positio est, altera enim definitio dicitur. altera suppositio. Suppositio est positio quæ accipit utramvis partem enuntiationis. explicat autem quam partem enuntiationis nobis significet, hoc est, esse vel non esse. nam affirmationem & negationem Arist. partes facit enuntiationis. Definitio autem est positio quedam quæ non significat, esse neque non esse. Probat Arist. suppositionem & definitionem positiones esse, quoniam utrumque poni consuevit. hoc est non demonstratur. differre autem illa maxime ratione conuincit. quod rem diuersam significant. nam suppositio rem esse dicit. vel nō esse. ut unitatem esse. aut vacuum non esse. at vero definitio dicit quid res sit. ut unitas est individuum secundum quantitatem. at qui esse rem & quid res sit, maxime diuersa sunt, ut plane constat: quare suppositio & definitio positiones diuersæ sunt. quorum altera dicit rem esse aut non esse. altera, quid sit. est autem Arist. autor huius vocabuli suppositio ut ex ratione loquendi conuinci potest.

Verum contra sententia Arist. sic obijcio, definitio nō est positio ergo

in caput secundum.

23

ergo inepte facit qui illam distribuit, in suppositionem & definitiō nem. antecedens probō, si esset positio esset principium, si principium, sententia propositio quoque esset. si propositio, significaret esse, vel nō esse, nā obijcitur. propositio, est oratio affirmativa vel negativa. definitio verò nō significat esse vel non esse, ergo neque propositio est, quare neque principium, atque ex consequenti, neq; positio est: contra sententia Arist. Difficile qui definitionem & suppositionem facit partes positionis. rationem est soluē istam conūcīt themistius aduersus sententiam Arist. præsentī loco: re hac rā illam tamen nō diluit, sed dilutionem relinquit ex cogitandum alijs tione the & pensculādam, vt Hermolaus verit. Respondet D. Tho. quod posatio non diuiditur ab Arist. in suppositionem, & definitionem, tan- Hermo- quām propositio, sed tanquam principium. habet enim utrūque. hec laus. D. Tho= tamen solutio nō video cur à nobis probari debet, præsertim cū prin- mas. cipium demonstrationis ut principium est, definitur, propositio imme diata. quare si positio diuidatur in definitionem & suppositionem, di Refellit. uiditur quidem ut propositio immediata, cum diuidatur qua ratione principium est. ferunt alij diuidi propositionem. & cum obijcitur defini Alia sen nitionem non esse propositionem. negat hoc verum esse. imò verò de tentia. finitio propositio est, nō actione tamen, sed potestate: cum ex eadem Refelli = & re quæ definitur continuo propositio actione efficiatur. hec verò tur sententia multo minus, mihi probabilis videtur. Primum quoniam si satis esset potestate propositionem esse. hoc est posse effici propositio nem ut oratio propositio sit, quodvis nomine atque verbum propositio esset. deinde cum Arist. neque actione dicat neque potestate, præter rationem hæc distinctio adhibetur. Quare tentada nobis est alia via diluendi argumentū, quod ut efficiamus accipiēdum nobis est, Arist. Nostra se cum hoc loco mentionem facit definitionis, non vocare finitionē ora tentia. tionem quæ significat, quod quid erat esse ut Arist. loquitur, sed ora 1. Topic. rationē in qua definitio dicitur de re quæ definitur. ut homo est animal particeps rationis. Sic enim loquuntur mathematici ut ex Euclide cō Rem de stare facile potest. idem conuincit superiori ratione, nempe, definitionem esse principium demonstrationis & principiū esse immediatō. stimonio. tam propositionem. Sed vrgebis, falsum igitur est quod Arist. scribit. Vrget. G iij defi-

## Commentarius

definitionem non accipere esse, vel non esse, suppositionem vero, alterum accipere. quandoquidem omnis propositio, accipit esse vel non esse. cum omnis illa nomine & verbo constet, negandum est hoc falsum esse. immo vero, omnino verum est, definitione non dicere esse aut non esse. suppositionem vero alterutrum dicere. quod cum Arist. assertit, non significat quidem principium illud quod definitio vocatur, non constare verbo, est, aut non est, constat enim omne principium vero dico, sed verba referenda sunt ad significationem. quasi dicat uterque definitor quidem ponit, qui definit in quam & qui supponit. nam ponitur quod monstrari non potest, quod accipi etiam dicitur. at diuerso modo posse esse non, nam alter hoc est qui supponit, accipit rem esse. alter, hoc est qui neque non definit, accipit quid res sit. exemplo rem probat Aristoteles. mathematico esse. quis inquit, ponit esse unitatem. & etiam quid unitas sit. nam neque demonstrat unitatem esse, neque rursus quid unitas sit. cum igitur esse rem quamplam ponit, aut accipit, ut esse hominem esse unitatem, esse lineam rectam supponere dicitur, & illa positio suppositione vocatur. cum autem ponit hominem esse animal particeps rationis aut unitatem, esse individuum secundum quantitatem, definire dicitur, & illa definitio positio vocatur. Si ergo ut docui, verba referantur ad significationem propositionis non ad formam. aut constitutionem eiusdem, meo iudicio facile proposita dubitatio solutionem inueniet, ea inquam ratione quae est a nobis paulo superius explicata.

**Quæstio.** Rogabit aliquis si definitionem non accipit in presentia Aristoteles. pro oratione dicente quid est, sed definitio proposicio est, cur definitionem illam vocat Aristoteles. fortasse huius rei ea causa est, quod non facile suppetaret aliud vocabulum aptius atque commodius, quo istam propositionem a suppositione distingueremus, & est sane proposicio quia dicit aliquid de aliquo. definitio vero quoniam substantiam atque naturam rei explanat.

**Triplicia sunt genera.** Ut autem absoluamus suscepitam disputationem de principiis demonstrationis, meminisse conuenit in disciplinis esse triplicia principia, piorum & arborum generalia, dignitates inquam, suppositiones & definitiones. erit ergo primum omnium in quaenque arte, aut scientia explicationes aut definitiones

## in caput secundum.

24

definitiones vocabulorum reponi debent. consequuntur suppositiones quas petitiones appellat. deinde dignitates quæ sola verborum explanatione opus habent. Postea theorematum aut conclusiones traduntur quæ ex principijs initio positis demonstratur. hunc ordinem facile quod volet intelligit obseruatum esse ab Euclide in geometria. Primum enim exempli gratia, definitiones puncti, figure, circuli, atque aliorum vocabulorum tradit. Addit suppositiones quas illæ petitiones appellat, ut à puncto ad punctum, rectam lineam ducere, supra quodlibet punctum circulum describere. adiicit dignitates, omne totum est maius sua parte, si aequalibus aequalia adimas, quæ remanent sunt aequalia. quæ sunt vni tertio aequalia, inter se sunt aequalia. Postremo theorematum subiungit, quorum fidem facit ex principijs initio traditis. ut, omne triangulum habet tres angulos duobus rectis pares.

Quoniام autem ob id certo rem creditus ac scimus quia perceptam animo habemus ratiocinationem illam quæ demonstratio à nobis paulo ante dicta est, omnis autem ratiocinationis vis posita est in his ex quibus constat principiis, ilud certe necessario efficitur huiusmodi principia, aut omnia aut aliqua non modo esse ante cognoscenda, sed etiam multo magis quam ea, quæ ex eis concluduntur scienda. Semper enim id magis tale est, quod causa est, cur magis tale sit alterum. velut is nobis semper charior est, cuius causa alterum armamus. Si igitur hoc principia efficiunt, ut & sciamus & quim ita res habet, non dubitemus, illa necesse est multo à nobis melius intelligi quam quæ per ipsa concluduntur.

Explanatis principijs huius artis demonstratorie duabus inquam definitionibus scientia, atque etiam altera definitione demonstrationis constituto præterea, postulato quodam capit Aristoteles tradere theorematum aut conclusiones quæ ex principijs initio positis demonstrantur. Primum theorema demonstravit haec tenus, nempe omnem demonstrationem effici exprimit veris atque immediatis, prioribus notioribus causisque conclusionis, nunc aliud theorema nobis exhibit, in quo comparat ipsa principia conclusioni. Illud autem constat duabus partibus, quarum prima est. theorema G iij opor-

## Commentarius

Pri<sup>a</sup> pars oportet magis scire, principia quām conclusionem. probat Arist. hu-  
theorema iusmodi syllogismo, propter quod vnumquodque est, & illud magis  
est, sed sciuntur conclusiones propter principia, ergo ipsa principia ma-  
gistris sciuntur. discursus legitimus est, maiorem Arist. illustrat exem-  
pli, si quis enim quempiam diligit alterius gratia cum habet magis a-  
copia q̄ cō-  
clusio.  
Syllogis-  
mus. micum, atque charum, cuius gratia alterum diligit. minorem etiam  
probat hac ratione, in omni syllogismo, scimus conclusionem propter  
ea quae sumpta sunt, sed demonstratio est quidam syllogismus, cap. iiiij.  
lib. i. de post. analysi. & est syllogismus qui scientia gignit ex tercia  
definitione, ergo scimus eius conclusionē propter principia quae in de-  
monstratione ponuntur, vt fidem faciamus conclusionis. quare ma-  
gis scimus ipsa principia. altera pars huius secundæ conclusionis ab  
Arist. explicatur cum inquit.

Atqui nemo aliis rebus maiorem fidem habet quām iis rebus quae  
certo scit, si illas aut per demonstrationem, aut certiore aliqua ratione  
non sciat. quod tamen fatendum erit, si ea non sunt nobis ante cogni-  
ta quae faciunt nobis fidem rei quae demonstratione concluditur. plane  
enim, necesse est, credibilia esse principia aut omnia aut quædam  
ipsa conclusione.

Non solum ergo oportet, principia magis cognoscere quām cōclu-  
sionem sed oportet etiam vt prius principia quam cōclusionem cogno-  
scamus hanc sententiam confirmat Arist. deductione ad absurdum.  
Illud autem est ad quod deducit, esse aliquid quod præ cognitum non  
est, notius quām id, quod scitur. hoc ita probatur, nam principia opor-  
tet magis scire quām cōclusionem, vt prima parte huius secundi theo-  
rematis probatum est: & conclusio scitur, quia sciuntur principia, er-  
go aliquid quod non est cognitum prius, notius est quām id quod sci-  
tur. hoc verò maxime absurdum est, ergo principia non solum magis  
sciuntur quām conclusio, sed etiam prius sciuntur, vel per demonstra-  
tionem si illa monstrari possint, vel per se, si sint in demonstrabiliā.

Qui igitur per demonstrationem scientiam alicuius rei consequuta-  
rus est, cum necesse est non modo magis nosse principia, eisque maiore-  
rem fidem habere quām rei quae demonstratur, sed etiam omnino nihil  
illi

## in caput secundum.

25

illi debet esse credibilius principiis, atq; adeo nihil certius scire debet  
quām eorum principiorum contraria, talia esse vt si quid ex his conclu-  
datur, summam ignorationem rei efficiat, alioqui id vere dicere non  
poterimus, scientem hominem immutabilem esse, vt omnino labi at-  
que errare non possit.

Tertia conclusio, quæ ad scientiam demonstrandi pertinet, hæc est. Oportet  
Non solum oportet magis credere principijs quām conclusioni sed credere  
etiam oportet credere contraria principijs nullo modo vera esse posse. contraria  
hanc conclusionem Arist. ea ratione persuadet. quoniam nisi hoc ita principijs  
sit, non omnino rem scire existimabimur. ratio est quoniam si nō om̄ vero esse  
nino falsa putamus ea quae sunt principijs contraria, seu opposita, cre-  
demus vera esse aliquando posse, & facile decipiemur syllogismo. de  
inde nō erimus immutabiles cum dimoneamur ab opinione. atqui ne-  
cessē est eum qui sit immutabilem esse. vt omnino labi atque errare  
non possit. nam quemadmodum ex superiori postulato cōstat id quod  
scimus nō contingit aliter habere. hoc idem Arist. scribit. c. iiij. lib. v.  
top. ratio est, quonia eodem autore propriū scientia est, indisuasibile à Propriū  
ratione. & est sciens, à ratione indisuasibilis. Dubium est hoc loco Scientia.  
cum Arist. ostenderit in primo theoremate principia demonstratio-  
nis priora atq; notiora esse oportere cur, nūc quōq; eandem rem trā-  
cat prin-  
cipia pri-  
que tractauit per se oportebat autem eadem referre ad conclusio-  
ne cognō  
nem & eadem cum conclusione comparare, hoc facit presenti loco. scenda q̄  
quod si hanc rem attigit superius visum est Aristoteli rationi consen-  
taneum, eandem rursum tractare, vt omnis ambigendi occasio de nem.  
medio tolleretur.

¶ Quæstio. Vtrum magis oporteat scire  
principia quām conclusionem.

S Vmpta occasione ex verbis Arist. vertitur in quæstionem vtrū  
semper debeamus magis scire principia quam conclusionē. hanc  
quæstionem enarratores Arist. tractant hoc loco, maxime ve-  
rò sophiste, & quoniam de eadem multa dici solent, non omnino con-  
H iuncta

## Commentarius

Quod nō oporteat credere magis p̄t c̄pijs q̄ cōclusiōni. iuncta ratione, statū quād paucissimis possem eam exercere, atque excutere. videtur autem non esse necessarium, ut magis credamus demonstrationis principijs quam conclusiōni.

Primum Aristoteles testimonio. ille enim non semel inquit principia magis scire oportere. subiungit autem. hāc verò aut omnia aut aliqua. Vnde colligi videtur, non semper oportere magis scire principia quam conclusionem.

Prīa rō. Deinde accidere potest ut præter principia quæ in demonstratio-  
Secunda. ne collocantur accedat ad cōclusiōnem quādālīa ratio, quæ cum principijs augeat fidem conclusionis, quare nō semper necesse est magis scire principia quam conclusionem.

His rationibus atq; alijs quæ nō sunt harum absimiles quidā magna quadam subtilitate (ut sibi videtur) aduersus Arist. hoc loco sententiam, disputat. Verū ex sic statuo, oportere magis scire principia, quam cōclusiōnem. cū autē dico magis, significo vellemētius, firmius, atque certius. deinde prius. omnia cum hāc his verbis significamus. Et vera sunt præcūlibet. hoc primum conuincit Aristotelica illa ratione, propter quod vñ quodq; est & illud magis est. Scimus autem propter principia cōclusiōne, quare magis oportet principia scire. Prima ra- Secunda. Et confirmatur, quod per se tale est, magis est tale quam quad per aliud est tale. principia per se sciuntur, per principia vero conclusionem scimus, ergo magis scimus principia.

Tertia. Deinde, primum in quois genere est maximum. sed in genere sciendi principia prima sunt. nam primum & principium pro eodem usurpantur ab Aristotele. ergo principia maxime sciuntur. quare magis sciuntur quam conclusio.

Tempera- mentum. Verum hāc sententia temperanda est. primum quidem oportet ut conclusioni solum credamus propter principia, nam si aliunde lumen sentētie. illi concilietur nihil sane prohibet magis scire conclusionē quam principia, quod ratio secunda persuaderet.

Deinde hāc sententia vera est cum sumimus ad colligendam conclusionem non quasvis sumptiōnes, sed eas quæ monstrari nō possint. nam si demonstrari possint iam tūc, licet prius debeant cognosci quam conclusio

## in caput secundum?

26

conclusio non est sane necessarium ut magis, hoc est firmius aut ve- hementius principijs credamus quam conclusiōni. etenim si sumptio- nes sciamus demonstratione, quemadmodum conclusionem: non ma- gis principia sciemos quam conclusionem. atque hoc fortasse signifi- cat Arist. cum inquit, necessarium esse, ut principia magis quam cō- clusio, sciuntur. aut omnia aut aliqua. idem quoq; videtur dicere. cap. primo, lib. ij. de prima philosophia & cap. ultimo lib. ij. de post. resolu- lut. & c. iij. lib. vi. ethic. ni si velimus dicere hāc verba ad modestiam animi esse referenda.

Secunda quæstio. Vtrum verum sit quod assumit Arist. ppter quod vñ quodq; est, illud magis est.

**I**lla quoque quæstio tractari solet hoc loco vera ne an falsa sit. Aristotelis sententia, cū inquit propter quod vñ quodq; est, & Cōtraistā illud magis est. videtur autē falsa esse hāc sententia. nō enim recte sententia. colligas, homo est ebrius propter vinum, ergo vinum magis ebrium. Socrates est homo propter sophroniscum, ergo sophroniscus magis ho- mo. idem quoque accidit in multis alijs quæ recensere longum esset. Nos tamen ut uno verbo quæstioni propositæ satisfaciamus cen- tem, hanc sententiam non esse veram perpetuo, quod superioribus tentia. argumentis conuincitur.

Quares statim quando vera sit, nos dicimus tribus rebus opus esse. Quando ut propter quod vñ quodq; est illud magis sit, in primis necessariū hoc sit ve- est ut virijs cōcūriat esse tale vnde fit ut non recte colligatur, homo rum. est ebrius propter vinum ergo vinum est magis ebrium. nam vinum ebrium non dicitur. neque gladius occidi. aut iugulari. similiter non recte colligas, dialectica considerat voces quia res significant ergo potius res ipsas considerat, ratio est quoniam res non considerat dia- lectica sed voces, dumtaxat. Deinde oportet ut attributum seu prædicarum magis & minus dicatur. hoc est intendatur. & remittatur, quod quia non contingit in patre aut homine etiam si So- crates sit homo propter Sophroniscum, non dicitur magis homo

H ij sophro

## Commentarius

Sophroniscus. nam neque magis neque minus dicitur. Postremo necessarium est, ut illud propter quod quidpiam tale denominatur, sit causa prima & per se. unde non coheret hoc argumentum candela incensa incendit alteram, ergo ipsa est magis incensa. Accidit enim candela, ut incenderet, neque incendit quatenus est incensa. quæ autem necessaria sint, innuit Arist. c. i. lib. ii. de prima philosophia, cum ait. Hac omnia refert unumquodque autem maxime ceterorum est ipsum: quo & ceteris nomen idem cum eadem competit ratione. Ut ignis est calidissimus, quod alijs caliditatis est causa. quasi dicat, quod pluribus conuenit secundum idem nomen atque etiam secundum eandem rationem illi maxime conuenit propter quod alijs. & cum hoc contingit documentum istud cuius facit Arist. mentionem perpetuo verum est. quod constat exemplo quo Arist. utitur hoc loco &c. c. i. lib. ii. de prima philosophia. & ad hanc vnam causam tres superiores referuntur. vinum namque aut ebrium non dicitur aut equiuoce prædicatur de homine & vino. idem quoque contingit in ceteris in quibus experimur regulam fallere. Sed obijcies cū principia & cōclusio nō eodem modo sciatur sed diuerso, etiam si conclusionem propter principia sciamus, non esse necessarium magis scire principia. alius est enim modus sciendi principia quam conclusionem. nam principia per se, hoc est absque demonstratione sciuntur. conclusio scitur per demonstrationem. Sed hoc non impedit quo minus scire vniuoce dicatur de cognitione principiorum, & conclusionis.

Tertia q-  
Postremo loco in questionem vertitur verum cognitionis propositionem quæ ponuntur ad colligendam conclusionem præstantior sit atq; semper sit melior cognitione conclusionis in vtroque genere demonstrandi. Vide melior corur enim non esse hoc verum perpetuo, nam cum quidpiam demonstratione pri stramus demonstratione, quia est, conclusio causam significat, sumptiorum cō ptiones effectum, atqui causa effecto præstantior est. ergo cognitionis conclusionis dignitate exuperat cognitionem sumptionum. Sed vt paucis questionem propositionem definiamus distinctio adhibēda est. nam Soluitur cum sumptiones duobus modis possint accipi, aut enim consideramus questione easdem, qua ratione principia sunt atque causa cur cognoscamus conclusionē,

## in caput secundum.

27

clusionem, aut naturam rei contemplamur. si rem ipsam expectemus, non semper contingit præstare principia conclusioni. appello autem principia sumptiones aut propositiones ex quibus aliud colligitur, sed dumtaxat vbi quidpiam demonstramus, potissima demonstratione quæ procedit ex causis. tunc enim cognitio principiorum, si rem expectes, antecedit dignitate & præstantia cognitionem conclusionis. Si verò non rem ipsam contemplamur, sed cognitionem cum in omni demonstratione sive propter quid ea sit, sive quia est, sumptiones sint causa cur cognoscatur cōclusio, & causa qua causa est præstantior sit atque melior esse. Eto perpetuo sumptionum notitia cognitione cōclusionis nobilior est atque præstantior. vulgo ita loquuntur sophistæ in Sophisti- genere rei, interdum præstantiore esse cōclusionem principijs in ge caratio lo- nere autem notitia, nunquam. & quidem si semper eodem sensu & quendi, ratione eadem sumptiones & conclusionem accipias, nihil hanc opinionem iudicio meo consequitur, quod absurdum sit.

## Argumentum cap. iii.

P resentis cap. Arist. refellit duos errores veterum philosophorū quorum alijs aiebant nullius rei esse demonstrationem. Alij vero rerum omnium, atque ita constituit esse demonstrationem, non omnium tamen rerum, sed quarundam.

## Caput tertium.

S Ed quoniam principia ante sunt scienda, quām id quod conclu- ditur, ob id quibusdam visum est, nullam omnino posse esse sciētiam. aliorum contraria fuit sententia, omnium inquām rerum fuisse demonstrationem.

S Vboritur initio dubitatio, quid causæ sit cur Arist. in presentia Quæstio. constituerat demonstrationem esse. dubitādi ratio est quoniam cū sint Cur quæstione an de quacunq; re quatuor illæ quæstiones, an sit, quid sit, qualis sit, cur sit secundo hoc sit, illud, profecto princeps illa quæstio est, an res sit. consequitur loco trax. H iij quid sit.

## Commentarius

quid sit. An it. Verò rationem in verit. nam proximo capite, quid sit demonstratio explanauit nobis. nūc querit an sit demonstratio, contra preceptū suum, lib: iij: atque etiā contra rationem. Vel eroo reddenda à nobis (inquiunt aduersarij) ratio est cur ita factum sit, vel incrementum soluitur. Primo in do. pandus est Arist. nos bifurcam soluimus questionem propositam, pri-  
mum negamus Aristotelem in praesentia constituere questionem il-  
lam an sit demonstratio, quinimò accipit demonstrationem esse & re-  
rogat quarum rerum sit. Et docet neque omnium rerum demon-  
strationem esse, neque nullius.

Secundo. Deinde etiā si fateamur Arist. examinare questionē illam an sit demonstratio, nulla causa est cur à nobis reprehendi debeat, etiam si præceperit questionē an sit res, priorem esse questionē, quid sit. illud enim preceptū non est perpetuum, sed fallit interdū. tunc maxime, cū omnino obscurum est, rem illā esse de qua disputatur, vel anceps controvērsia est de ea questionē. Vbi enim accidit, cognitum esse aliquo pæsto, tametsi no omnino atque exakte, rem esse, aut controvērsia in ea questionē nulla est, initio explicāda est questionē an sit, deinde quid sit. at verò cum controvērsia est, verum res sit an nō. Primum omnī necessē est discutere & definire, quid res sit. nam hoc ipsum magnopere cōducit ad intelligendū, an sit res. hoc preceptū sequutus Exemplo est Arist. in physicis. prius enim explanat, quid vacuū sit. quām tra- Aristote- Eter, an sit. idem facit in praesentia differens de demonstracione. Et rales rē pro- tio est quoniam dubium erat, esset ne rē cuiuspiam demonstratio. bat.

Primus error. Secundus. Duos ergo errores tractat presenti capite, quos initio recenset, alter est quorūdam philosophorū qui arbitrabātur nullius rei scientiam esse per demonstrationem: alter eorū est, qui existimabāt omnī rerū demonstracionem esse. nō quidē rectā, sed obliquā aut circularem. prius ille errorē, primo loco refellit. sed prius rationem explicat, qua in hanc sententia id genus philosophi adducatur. admonet tamen initio vtriusq; generis philosophos, falsum dicere, & ipsorū rationes atque argumenta nullum prorsus habere momentum cum ait.

Sed neque hi neque illi verum dicunt, neque id necessario efficiunt quod volunt.

Deinde

## in caput tertium.

28

Deinde refert rationem eorū philosophorum qui nullius rei scientiam putabant esse per demonstrationem. cum inquit.

Primum enim qui omnem scientiam de medio tollant ex eo nihil posse sciri confirmant, quod in infinitum regrediendum sit. semper autem ut sciamus posteriora, necesse est, ut priora cognoscantur quorum sunt aliqua tandem prima. ac illi quidem haec tenus benedicunt, infinita enim animo percurrere non possumus. quod vero in infinitū sit regrediendum sic confirmat, quoniā si exitus tandem aliquis reperiatur ac principia quādam dari possint, in quibus tandem mens consistat, illa necesse erit nobis esse incognita, quandoquidem illorum tentativa, omnis scientia per demonstrationem acquiritur. illa autem si prima sint demonstrari non possunt, at vero si principia sciri non possint, ne illa quidem quae ex eis conficiuntur absolute intelligi poterunt, sed tantum quasi ex conditione, si illa sunt, ista esse scientur quae illa probantur.

Pluribus fortasse verbis quam par esset Arist. explicat rationem, qua persuasi quida veterū philosophorū demonstrationem de medio substituerunt, illa vero ratio hoc syllogismo conexo explicatur. si ali- Syllagis- quae est scientia quae efficiatur per demonstrationem. eius principia sciuntur, principia vero sciri non possunt, ergo nulla scientia est, compara- nexus. ta per discursus legitimus est, ut constar. minor est manifesta ex secū Demon- strationē. do theoremate cum diceremus, magis cognita oportere esse principia quam conclusionem. minorem ita confirmant, si sciuntur principia, ergo sciuntur per demonstrationem: ergo per alia principia. vel ergo procedendum est in infinitum, vel aliquo loco quiescemos, si progrediendum est in infinitum non scientur principia. nam infinita non possunt animo percurreti & non scimus donec prima principia sciimus, si vero alicubi standum est illa principia ignota erunt, cum monstrari nequeant, & scire sit per demonstrationem intelligere. ignoratis vero principijs, ignoratur conclusio, ergo nihil scimus per demonstrationem, nisi ex suppositione. id est admissō quod principia ipsa nota sint, tametsi ad ea ostendenda demonstratio adduēta sit. hec igitur ratio est, qua isti philosophi conuicti crediderunt, nullius rei scientiam esse per demonstrationem.

H iij Alij

## Commentarius

Alij autem in hoc quidem cum superioribus consentiunt, quod nō aliam putant esse scientiam quam quæ per demonstrationem comparatur, sed fieri posse ut omnium rerum sint demonstrationes ipsi existimant. quādō id fieri possit ut omnes rēs per se mutuo probentur ac velut in orbem redeant omnes rerum omnium demonstrationes.

*Quidnā Iam explicat secundam opinionem, & rationem qua eius autores habeant cō eādem amplectentur declarat prius tamen nos admonet, quod aū mune hęc tores huius sententiae partim conueniunt cum superioribus, partim sententia discrepant. conueniunt hoc nomine, quod censem omnes nihil sciri cum supe posse nisi per demonstrationem. differunt tamen quoniam hiij autores riori. existimant omnium esse demonstrationem obliquam tamen & circularem, sic vt ex principijs conclusio cognoscatur, & rursum, principia per conclusionem. numeratis sententijs aliorum philosophorum Arist. propriam explicat, cum inquit.*

At vero nostralonge alia est sententia.

*Hoc ubi admonuit confutat errores, quos retulit, à priori exorsus.*

Primum enim non omnem scientiā demonstratiuam esse sed principia quia immediata sunt, sine vlla demonstratione sciri posse existimamus, id quod hac ratione perspici potest. nam si necesse sit scire ea quæ antecedunt, & quibus demonstratio constat, reperiamus autem aliqua tandem immediata in quibus sit nobis consistendum, illa certe necesse erit sine vlla demonstratione cognosci. ita de hac resic censeo, aliquam esse non modo scientiam, sed & principium scientiæ, quo nos extrema ipsa cognoscamus.

*Solutio r.a. Soluit igitur Arist. argumentum prioris opinionis dicens falsum*  
*tionē prio esse quod assumit, omnium inquam quæ sciuntur esse demonstra-*  
*tionem. nam sunt quedam medio vacātia per quod monstrari possint.*  
*quorum scientia per demonstrationem non fit. huiusmodi sunt prin-*  
*cipia demonstrationis, sive dignitates sunt, sive positiones, sive suppo-*  
*Principi- sitiones. illorum enim cognitio quæ intellectus vocatur, sine demon-*  
*sitio-*  
*stratione efficitur, sed cognitis tantum terminis quemadmodum su-*  
*stratiōis, periori capite explicuimus. nam sicut aliarū rerum, ita quoque scien-*  
*tia & principiū aliquod esse oportet. quod per demonstrationē nō sciatur,*  
*t.i.e. sed sit potius principiū demonstrationis & causa cur sciantur alia.*

Deinde

## in caput tertium.

29

*Deinde refutat Arist. secundam sententiam. quæ quoniam dice- Secunda*  
*bat contingere circulo demonstrare, & insuper omnium esse circula opinio.*  
*rem demonstrationem, utrāque sententiæ partem falsam esse cōuin-*  
*cit. Primum verò instantia vtitur, dum probat nihil posse fieri aut de Ratio re*  
*monstrari, circulo. deinde fiduciaria reprobatione. nam docet quod futatiōis.*  
*tamen si concedamus posse aliquid monstrari circulo, absurdum est*  
*dicere omnium rerum esse circularem demonstrationem. atqui insta-*  
*tia qua vtitur, Arist. duabus rationibus explicatur prima quidem su-*  
*mitur a disentaneis, & his verbis continetur.*

*Deinde vero illud fieri non posse putamus, vt bene ac perfecte res*  
*demonstrentur, si vicissim ita in orbem probentur. ex prioribus enim*  
*& notioribus constat omnis demonstratio fieri autem non potest, vt*  
*res eadem vna eademque prior sit, & posterior. nisi forte id alio, atque*  
*alio modo intelligatur. veluti si vno modo quæ simpliciter & naturæ*  
*ordine priora sunt acciperentur. altero autem quæ nobis. quod poste-*  
*rius genus accommodatum est inductionib⁹, quæ ex his que hoc mo-*  
*do sunt priora, rem de quā quæritur, faciunt manifestā. quod si ita res*  
*haber, alterum horum dicendum est, aut propterea non recte a nobis*  
*definitum esse, quid sit simpliciter rem scire, quia huius duo genera*  
*non fecimus, aut pro demonstrationibus illæ habendæ non sunt, quæ*  
*ex notioribus nobis constituantur.*

*Syllogismus sic efficitur si esset demonstratio circularis, fieret de Syllogis-*  
*monstratio simpliciter, ex posterioribus. hoc tamen absurdū est, ergo mus.*  
*fieri nō potest demonstratio circularis. discursus legitimus est, & in-*  
*minor aperte ex priori scientiæ definitione. nam scire simpliciter cōtin-*  
*git quando ex natura prioribus rem scimus. aut idem est prius atque*  
*posterior eodem modo quod maxime absurdum est. ipsa enim princi- Principia.*  
*pia priora sunt simpliciter cōclusione, & per conclusionem monstran-*  
*tur principia. erunt ergo principia simpliciter posteriora conclusione.*  
*quare idem est natura prius atque posterior. dicet aliquis cōstat qui-*  
*dem demonstratio altera ex prioribus, nō tamen simpliciter, sed nobis.*  
*atqui hoc falsum est. nam in praesentia de ea demonstratione disputa-*  
*mus quæ facit rem scire simpliciter. Illa vero ex prioribus natura aut*  
*simpliciter procedit, nō ex prioribus nobis, nam ex nobis tantum prio*  
*I ribus*

## Commentarius

## in caput tertium.

30

ribus procedere non demonstrationi simpliciter, inest, sed potius inductioni quæ ex nobis manifestis vniuersale colligit. hinc colligo duo, sectari. vnum est quod Arist. non vocat scire simpliciter, scire per demonstrationem, quia est, neque simpliciter hanc, demonstratione appellat.

Secundum. Alterum est quod fieri non potest ut idem sit prius & posterius respectu eiusdem & in eodem genere causæ. respectu eiusdem dixi. quoniam si ad diuersa referatur nihil prohibet idem & prius esse & posterius. in diuerso etiam genere causæ nihil vetat. cum causa sibi in uicem sint causæ secundo physico. & quodammodo una per alteram monstrari possit. ut efficiens per formam, & forma per materiam. ut cupit esse beatus, ergo studiose agit, viuit studiose, beatus ergo esse cupit. feruet sanguis circum cor ergo vindictam expedit. expedit vindictam, feruet ergo sanguis circa cor.

Iam vero illos qui ita sentiunt in orbem bene demonstrari non modo illo quod nunc diximus in eomodo vrgere possunt, sed hoc etiā q̄ qui ita probant nihil aliud dicāt, quām id quod ridiculum est; si res aliqua sit, illa ipsam esse, quo certe modo facile erit, omnia demonstrare. Illud autem sequi incommodum quod dico, perspicuum erit si tria extrema accipiamus. nam id nihil interest, multis ne an paucis interpolis, retro comeēt probationes. modo ne in paucioribus quam duobus reciprocum illam demonstrandi rationē fieri intelligamus. quādo igitur si sit a. necessario est. b. & si. b. sit necessario est. c. id etiam ad extremum concluditur, si. a. sit. c. esse. itaq; si. a. posito sequitur b. & contra ex antecedenti. b. consequitur. a. cuius generis erat reciproca demonstratio, loco consequentis. a. sumamus. c. tunc profecto ex. b. antecedente. a. concludere, idem erit ac si ex eodem ipso. b. concluderes. c. atqui ex antecedenti. a. concludere. c. nihil erat, aliud quam ipsum. a. ex seipso efficere, illud igitur aduersus eos qui hoc genus probandi reciprocū induxerunt recte effectum est. nihil hoc cum dicunt aliud eos dicere. quam si. a. est. a. est. quo profecto modo facile erit omnia demonstrare.

Secunda. Secundum argumentum quo viuit Arist. ita colligitur. si sit demonstratio circularis idem per seipsum probabitur hoc autem absurdum est, ergo non potest fieri in orbem demonstratio. Legitimus est syllogismus, minor manifesta est: quoniam nihil magis absurdum est quam probare. a. esse, quoniam. a. est. ridiculum enim atque etiam lenissimum

leuissimum. hoc est probandi genus. maiorem probat Arist. accepis tribus his vocibus nihil significantibus, inter quas necessaria sit consequentia. a. b. c. conficit autem ex illis primū rectam demonstrationem hoc modo. Si est. a. est. b. si est. b. est. c. ergo si est. a. est. c. oblique deinde, si est. a. est. b. ergo si est. b. est. a. ergo si est. a. est. a. Nam cum ex. b. sequatur. a. oblique, & c. recte, loco. c. licebit ponere. a. quandoquidem. a. & c. idem sunt collata. b. nam utrumque colligitur ex. b. per duos quoq; terminos significantes idem monstrari potest, hac ratione, si homo est natus ad risum homo est capax disciplinæ, & si est capax disciplinæ est natus ad risum ego si est. natus ad risum, est natus ad risum.

Præterea reciprocum hoc genus probandi in his tantum verbis locum habere potest, quæ vicissim retro commentant, cuiusmodi sunt propria atqui uno proposito simplici verbo, aut una propositione, iam ante demonstratum est nihil necessario concludi posse, sed minimum, duas simul accipi sumptiones oportere, ut ratiocinatione aliquid concludatur. Si igitur medius terminus. a. sit consequens extrellum. b. c. atque ista extrema inter se reciprocantur. etiam necesse erit ut vicissim retro commentant cum. a. medio. ac fieri quidem posse ut quæ vicissim hoc modo retro commentant in prima figura concludantur omnia, iam antea nobis demonstratum est in libris de ratiocinatione. sed etiam illud simul probatum est in aliis figuris aut omnino hoc genus conclusionum locum non habere, aut ex his quæ sumpta sunt, rem non posse concludi. omnino autem in his verbis quæ non reciprocantur, huiusmodi in orbem reciproca demonstratio fieri non potest. quare si in demonstrationibus pauca sunt huius generis verba quemadmodum pauca esse certum est, illud certe perspicuum est ridiculum esse, vel potius omnino fieri non posse, ut propriea omnium rerum sint demonstrationes, quoniam vicissim in orbem res concludi possint.

Vtitur iam Arist. reprobatione fiduciaria, aduersus istos philosophos, nā cocedit aliquid monstrari in orbem recte posse. negat tamē in via reprobationis colligi omnium rerum demonstrationem esse. ratione illam reddit, quoniam nō omnia possunt in orbem, aut reciproce monstrari: quod illi aiebant, circularis enim demonstratio dumtaxat fieri potest

I y in

## Commentarius

**Quando fieri posse demonstratio circularis.** in prima figura: Et cum termini quibus propositiones efficiuntur conuertuntur. Sunt autem huiusmodi propria, quae sunt speciei equalia. ut homo, aptum ad risum, capax discipline. quod autem in prima figura cum termini mutuo reciprocantur, in orbem demonstratio fieri posse, probat Aristo. sumptis tribus terminis. a. b. c. quibus ille in prima figura Iesus est. cap. v. lib. primi de priori analysi. huj verò aquæ sunt inter se, ut homo, natum ad risum, capax discipline. deinde quoniam syllogismus est ratiocinatio, in qua quibusdam positis aliud colligitur necessario, accipit duas propositiones ex quibus tertiam colligit hoc pacto.

Omnis homo est natus ad risum

Omne capax discipline est homo,

Ergo omne capax discipline est natum ad risum.

Deinde ex conclusione, Et minori simpliciter conuersa, maior colligitur, hoc p. Eto.

Omne capax discipline est natum ad risum

Omnis homo est capax discipline,

Ergo omnis homo est natus ad risum.

Deinde ita maior colligitur aut monstratur circulo.

Omne natum ad risum est capax discipline

Omnis homo est natus ad risum.

Ergo omnis homo est capax discipline.

Conuersa minori propositione primi syllogismi: hinc ergo constat in prima figura cum termini pares sunt fieri in orbem posse demonstrationem. quod verò non possit hoc fieri cum termini non sunt pares ea ratione persuaderetur. quia oportet conuertere interdum maiorem interdum minorem propositionem, interdum etiam conclusionem, ut oblique faciamus demonstrationem: si verò omnes propositiones, non constent paribus terminis, ex vera propositione falsa efficitur. ex falsis autem nihil demonstramus: quare nisi termini retro commenent nunquam obliqua aut reciproca demonstratio efficietur, quod exemplo proposito constare poterit. sumptis his terminis, homo, animal, rationale.

Omnis

## in caput quartum.

51

Omnis homo est animal

Omne rationis particeps est homo

Ergo omne particeps rationis est animal.

Semper enim falsa erit maior propositio, Et conclusio si conuertatur. Non potest quod neque in secunda neque in tertia figura fieri hoc possit, hinc cōstat. nam cum in secunda figura conclusio negat, ex ea Et altera parte, antecedentis quae negat nihil colligitur. in tertia vero figura aut modus afferit aut negat, si negat ex conclusione negante Et parte antecedentis, quae negat nihil colligitur. si afferat aut altera pars antecedentis est specialis, aut non, si sit specialis, ex ea Et conclusione etiam speciali nihil colligitur. si vero sit uniuersa: cum sit conclusio specialis, neutra pars antecedentis colligi poterit. quare verum est quod diximus, solum in prima figura Et cum termini reciprocantur fieri posse demonstrationem circularem. Et falsum quod dicebant alij omnium rerum esse demonstrationes. quoniam omnia possunt in orbem monstrari.

## Argumentum capituli quarti.

**H**oc loco explanat Aristo. tres istas voces, de omni Et per se, Et uniuersale, quae sunt necessarie ad intelligendam naturam earum propositionum quibus demonstratio constare debet.

Quoniam autem id quod certo scimus non potest se aliter habere, illud profecto sequitur, rem esse necessariam quae sub scientiam cadit demonstratiuam. atqui scientia demonstratiua ea est, quam tunc habemus cum mente percepimus alicuius rei demonstrationem, quare demonstratio erit ratiocinatio quae ex necessariis constat.

Dixi ex sententia Arist. quatuor esse de demonstratione questiones. Quæque quemadmodum de ceteris rebus, haec tenus constituimus duas illas quæ sententiae questiones an sit demonstratio, Et quid ea sit: reliquum est ut explicemus planetis qualis sit demonstratio. hanc questionem explanat Arist. præsenti cap. nam docet quænam sit vis atque natura illarum propositionum quibus demonstratio constare debet. prius tamen tradit quartū theorum rem, illud est, quod demonstratio constat ex necessarijs. Ratio cur theorema

I iij illud

## Commentarius

Demonstratio illud proponat hoc loco ea est, ut explaret quod dixerat in prima conclusione, nempe demonstrationem ex veris constare. cum enim vera stat ex neceſſarijs. dupli genere contineantur, quædam enim neceſſaria sunt, alia non neceſſaria, posſet quispiam dubitare quo genere veri conſert demonstratio, atque ita reſpondet demonstrationem conſtare ex veris, non quibus vis, sed neceſſarijs.

Theorem verò seu conclusio ita perſuadetur: neceſſarium concluditur ex neceſſarijs, demonstratio vero neceſſarium concludit. ergo efficietur ex neceſſarijs. Discursus legitimus est maiorem monstrauit Arist. in libris de priori analyſi. minorem ſic coſfirmo. quod ſcitur eſt neceſſarium: habendo demonstrationem ſcimus ergo demonstratio concludit neceſſarium. discursus eſt legitimus: minor conſtat ex tertio principiū poſto cap. iij. eſt enim definitio demonstrationis. maior probatur, quod non poſt aliter ſe habere, id eſt neceſſarium, hoc inde conſtat. quia quod neceſſariū eſt non poſt aliter ſe habere. ſed quod ſcitur non poſt aliter habere, ut expoſulato conſtat, ergo quod ſcitur eſt neceſſarium. ergo id per quod ſcitur eſt neceſſarium. quare demonstratio per quam ſcimus conſtat ex neceſſarijs.

Hoc ubi dixit Arift. statim admonet d. cere ſe velle ex qualibus propositionibus demonstratio efficienda ſi, cum inquit.

Dicendum igitur quæ & quales ſunt res ille, ex quibus demonſtrationes conficiuntur.

Quarum autem rerum finitiones velit nobis tradere idem nos admonet, cum ait.

Ac prium explicandum, quid eſt quod in omni inefſe dicimus, tum quæ ſint ea quæ per ſe conuenient, poſtremo, quid eſt in uniuerso genere ſpectari.

*Cur hoc explicet Arift.* Tria ergo explanat, de omni dici, & per ſe, & uniuersale: quod aiunt, ſecundum quod ipſum. Si quis roget quænam cauſa ſit, cur Arift. hæc explicet illa reddatur ratio, ut per horum definitiones, tanquam per principia monſtremus theorematata quæ adiicit paulo inferius Arift. ut ſuis locis conſtabit.

Ex his vero definitionibus due maximæ utilitates capi poſſunt,

## in caput quartum.

32

Vna eſt ut habeamus maximā copiam propositionū demōſtrantium. Quæ viſili ut enim Arift. refert. lib. i. & viij. topic. ſi cōmunia diuidamus abun- tates capi dabimus, & copiā propositionum habebimus. hoc fit cū recenſentur poſſit ex modi per ſe & vniuersalis differentiæ. altera eſt ut poſſimus iudica- re cum facimus demouſtrationem, utrum ex proprijs illa effecta ſit, an verò ex extraneis: & aliena à proprijs ſeparemus.

Definit autē Arift. prium de omni dici, tum quia eſt generalius, Cur pri- tum etiam quoniam indefinitio vniuersalis collocatur. atque ideo mun defi- niat dici eius cognitione conducit ad parandam cognitionem vniuersalis.

In omni id dicitur, quod ita in alterum cadit ut nec ſub illo genere partem vllam accipere poſſis cui non conueniat, neq; vllum tēpus inuenire in quo de illo nō dicatur. ut ſi in omni homine dicitur animal, neceſſe eſt, ut quacunq; in re vere enūtiabitur homo, etiā animal enun- tietur. & quoctūque tempore, illud verū erit, & hoc verū eſſe. item ſi in omnem lineam cadit punctum idem illud quod in superiori exemplo dicendum. quod vero id ſit, in omni inefſe. quod dixi, argumento eſt quod omnes qui rogati fuerunt nunquid in omni quidpiam inſit, ita occurrere interrogationi ſolent, ut aut aliiquid ſubijciant cui illud non inſit, aut certo quodam tempore, non conuenire, oſtentant.

Arist. p̄dīcatū de omni longa definitione declarat, ſed nos pau- De omni cias multa cōplesſentes, hac ratione illud ex Ariftotele finiemus. P̄dī dicatum de omni dicitur, quod & omni ſubiecto. & ſemper inefſt. ut quid ſit. animal de omni homine eſt, quoniam omni inefſt homini & ſemper, nam omnis homo, & ſemper eſt animal. punctum quoque eſt de omni linea. quoniam inefſt omni linea & ſemper.

Obijciet aliquis malefacere Arift. qui hoc loco p̄dīcatum de Obiectio, omni finiat, cum ſit idem ab eo definitum cap. i. lib. i. de priori analyſi, illis verbis, dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſubiecti de quo non dicatur p̄dīcatum. hæc vero dubitatio facile adimitur. diuersum ſiquidem eſt p̄dīcatum de omni p̄fenti loco & loco ci- Soluitur. tato. nam in libro de priori analyſi. p̄dīcatū de omni eſt, quod omni inefſt ſubiecto, tametsi nō ſemp. hoc vero loco p̄dīcatū de omni inefſt omni, & ſemp.. Alterū diſcrimē eſt, p̄dīcatū de omni vocatur ſupe- riori loco, illud quod oī ſubiecto ſignificatur inefſe, tametsi nō inſit.

I iij q̄are

## Commentarius

quare hæc propositio est de omni eo sensu. omnis homo est iustus, praesenti loco de omni dicitur illud prædicatum, quod re vera & omni & semper inest. ratio est, quoniam eo loco formâ ratiûm syllogismi querimus quæ ex falsis etiam efficitur. præsenti loco materiam demonstrationis, quæ ex necessariis constat. quare oportet ut prædicatum, omni atque semper inest. si alicui conueniat nō tamen omni, non poterit ex eo fieri demonstratio neque si aliquando inest aliquando non inest. nō est enim necessarium. ex quo demonstratio fieri debeat. & quia est huiusmodi hoc vocant sophistæ prædicatum de omni posterioristico. alterum de omni prioristico, ita illi loquuntur.

Semper  
inesse.

Philoso-  
phi adhi-  
bita vna  
circumstan-  
tia cate-  
ras intel-  
ligunt.

Demonstrat Arist. veram esse istam finitionem ex refutatione, qui sane locus aptissimus est, ad id efficiendum. Solemus enim refutare prædicatum de omni vel quoniam non omni inest, ut iustum homini. vel quia non semper, hoc est non omni tempore, vel omni loco. quare de omni, est prædicatum illud quod omni atque semper conuenit.

Obiectio. Sed obijcit aliquis, est aliquod prædicatum de omni & tamen nō semper conuenit, ergo falsa est definitio, nota est consequentia & antecedens probatur.

Soluitur. Nam deficere est de omni luna, atquin nō semper illi conuenit. fatemur id esse prædicatum de omni. falso tamen est nō semper conuenire. quamvis enim non semper inest simpliciter, inest semper cum aliqua definitione. hoc est cum natum est conuenire. quod est satis ut sit prædicatum de omni. semper enim ubi terra interjectur inter solem & lunam deliquium lunæ fit. lucere etiam nobis de omni est, si referatur ad solem, quoniam suo semper, lucet tempore.

Observatio. Meminisse tamen oportet cum de omni & per se differit Arist. non de propositione disputare, sed de prædicato quod vel omni vel per se inest alteri. sed ex his facile est configere propositiones.

Per se autem illa primum conueniunt, quæ inexplicanda rei natura, atque

## in caput quartum.

33

ataque essentia adhibentur. ut triangulo per se inest linea, lineæ punctioni. Nam in natura trianguli, & lineæ, hæc insunt: & in definitione, qua declaratur quid illa sint, ponuntur. Deinde illa etiam per se insunt, quæcunque rem aliquam ita consequuntur, ut cum quid illa sunt definitio explicatur, necesse sit rem ipsam, in definitione accipi: quomodo lineæ conueniunt rectum, & circunductum: & numero par, & impar, itē primum, & compositum, denique quod paribus constat lateribus, & quod productoribus altera parte cōstat. Nam si illa velis, quid sint definitione, declarare, in his quidem numerum, in illis autem lineam necessitatem erit, adhibere. Atque ut omnia similia semel complectar, Ea omnia per se inesse, dicenda sunt, quæcunque aut hoc posteriore modo, aut illo priore, alteri conueniunt: quæ vero neutro modo insunt, accidentia appellabuntur. Cuiusmodi sunt, album & musicum, quæ animalis sunt accidentia. est vero & alia significatio huius verbi, cum ea per se esse dicuntur, que cum appellantur, in nullo subiecto esse, intelligitur. Nam cum ambulare dicimus, aliud quidam intelligamus oportet, in quo illud ipsum ambulare inest: & cum album appellamus, aliud quoddam esse oportet, quod album sit: substantia autem, & omnia, quæ hoc aliquid significat, aliud nihil sunt, quam id ipsum, quod sunt. Quapropter, quæ in nullo subiecto insunt, ea per se esse dico: quæ vero in subiecto inest, ea accidentia appello. Est etiam aliud quoddam gentis, quo ea per se esse dicuntur, quæ suapte natura, ac propter se alteri conueniunt: quæ vero non propter se conueniunt, accidentia dicuntur. Ut si ambulante aliquo fulgerit, accidens est: præterea & fulguris causa non est ambulatio, sed ita forte accidisse dicimus, quæ vero propter se cum altero sunt coniuncta, ea per se sunt. veluti, ut qui iugulatus intereat, id per se fieri dicimus, quando interitus causa est ipsa iugulatio. neque id forte ita cōtigisse dicimus, sed quia iugulatus erat, ob id morte obiisse. Itaque in his rebus, quæ sub certam, ac perfectam scientiam cadunt, omnia illa, quæ duobus illis prioribus modis per se inesse dicuntur, aut quoniam insunt in attributorum, definitionibus subiecta, aut contra in subiectorum, attributa: omnia inquam illa necessaria est cum propter se, ac vi sua conuenire, tum vero necessario ins inesse, quibus attribuuntur. Neque enim potest aliter esse, quim aut ipsa (si nihil habent contrarium) conueniant, aut, in quibus contraria reperiuntur, ex ipsis alterū inest. Ut lineæ necessaria est, aut rectum, aut inflexum inesse: numero, aut par, aut impar. Nam si omne, quod alteri aduersatur, est quasi alterius priuatio, aut negatio, ad ideum genus pertinens: Ut par nihil est, quāti-

K quod

## Commentarius

quod in genere numerorum non est impar: necesse autem est in omni re, aut affirmationem, aut negationem dici: illud profecto consequens est, ea quae per se insunt, necessario iis conuenire, quibus attribuuntur. Atque haec de iis, quae in omni & de iis, quae per se dicuntur, sufficient.

*Explanata definitione eius praedicti quod est de omni, persequitur Aristo. intellectus atque significaciones eius quod est per se. sed queret aliquis cur differat de his quae per se sunt, dicemus ea gratia id rat de his facere Aristotelem, quoniam huius rei cognitio multum conducit, quae per ad faciendam fidem, proximi theorematis, illud est, quae per se dicuntur sunt. tur necessaria sunt.*

*Quatuor verò modos connumerat quibus aliquid per se dicitur. modi per hoc facit ut ex his accipiamus eos qui sunt ad conficiendam demon strationem necessarij, & ceteros fugiamus.*

*Primus igitur per se dicitur, quod est alterius definitio, aut pars, dus p. se. definitionis. quare animal rationale, quoniam hominis integra finitio est, per se primo modo homini inesse dicitur. item etiam animal, & similiter rationale, quoniam & trunque ponitur in hominis finitio ne. neque solum animal primo modo per se homini inest, sed etiam omnia genera superiora. Si quidem illa omnia accipiuntur velut par tes definitionis, per se etiā primo modo, linea inest triangulo & pun tum linea. est enim triagnulum ex Euclide, figura plana tribus lineis cōtenta. Linea etiam est, quae ex ductu puncti efficitur, aut quae inter duo puncta collocatur, atque existit.*

*Secundus modo per se dicitur quod in eius definitione sumitur subiectum: cum sit ipsum prædicatum. hoc modo propriū inest forma illius cuius est proprium, ut risibile homini. inest enim homini risibile, & homo ponitur in definitione risibilis. Si quidem risibile, homo est na*

*Rēctum. Cūrūm. Par.* *tus ad risum. rectum etiam & curuum, secundo modo per se linea insunt. nam ex utroque proprium linea fit, & & trunque cum explicatur lineam accipit. nam rectum est linea in qua secundum aequalitatem media additur extremis. Curuum, linea est cuius pars aliqua vergit intro aut foras. par etiam atque impar sunt passiones numeri. & par est numerus qui in duo aequalia dividitur, ut quaternarius. impar,*

## in caput quartum.

34

*impar, numerus qui in duo quae sunt in aequalia, ut ternarius. Simplex & cōpositus sunt etiā passiones numeri nam simplex est numerus quem sola unitas metitur ut binarius, quem alij numeri, metiuntur compositus vocatur. ut senarius qui pluribus numeris constat.*

*Idem dicendum est de isopleuro, hoc est equilatero, & eo qui est altera pars longior, sunt enim passiones etiam numeri quicquid dicat Alexander qui censet pertinere duo ista exempla ad geometriā, non ad numeros. est enim aequilaterum, numerus cuius quae ducuntur, unitates, pares illis sunt per quas ducuntur. est id genus nouenarius, qui fit externario ducto per seipsum, & dicitur triangularis. ubi vero non ita contingit numerus dicitur altera parte longior. huiusmodi est duodenarius numerus, qui fit ex quaternario ducto per ternarium qui est numerus uno minor. haec sunt exempla quibus Arist. vitetur ut ea explanet, quae secundo modo per se, dicitur. oportet autem diligenter meminisse, necessarium esse ut quidpiam secundo modo per se dicatur, & prædicatum conueniat omni subiecti. deinde ut conueniat soli. est enim subiecti proprius, quodcumque specie ipsa convertitur. quare neque pars, neque impar dicitur secundo modo per se, sed utrumque. quoniam neutrum omni inest numero. sensitius etiā non dicitur de hoc, secundo modo p. se, quoniam non soli homini inest.*

*Tertio modo dicitur esse per se quod ut sit opus non habet alterius Terti⁹ mo adminicula. huiusmodi est substantia. illa enim per se dicitur.*

*Quarto modo per se dicitur quod conuenit alteri propter ipsum, id est propria sua ratione. ut ingulatio per se est causa mortis. nam quid piā moritur quia ingulatum est. tot igitur modos per se, recenser Arist.*

*Quoniam vero tot modis unum oppositorum dicitur, quod modis dicitur alterum, per se vero atque per accidens opposita sunt, quatuor modis quidpiam alteri per accidens conuenire dicitur, qui superioribus quatuor modis repugnant. illos igitur inuit Arist. ut exactius agnoscamus modos per se, neque similitudine decipiamur. ergo Modis per quod neque definitio est alterius, neque definitionis pars, per accidens dicitur conuenire primo modo. Secundo vero modo quod alterius proprium non est. ut album atque musicum: utrunque enim homini per accidens conuenit, quoniam neutrō predicatorum modorum*

K. ij homi

Impar.  
Simplex.

Equilate  
rū passio  
numeri.

Obserua  
tio.

Terti⁹ mo  
dus p. se.

Quartus  
modus.

Primus  
modus.

## Commentarius

- Secundus.** homini inest: id genus denique sunt omnia accidentia, siue illa separari possunt a subiecto, ut album musicum, siue non possint: nisi nos penuria differentiarum, aut eorum quae vere propria sunt illis utramur. Tunc enim eodem modo de illis indicabimus, quomodo indicamus de differentia atque proprio, in quorum locum sufficiuntur.
- Tertius.** Tertio modo accidens dicitur, quod per se non est: hoc est solum non est, sed cum alio ut ambulans, candidum, neutrum enim horum per se est, sed cum alio; nam si ambulat, animal ambulat. Et si est albus, corpus quidem est in quo insit candor.
- Quartus.** Quarto accidens vocatur, quod non est alterius causa ut inuenire thesaurum fodienti, Polliceto edificare. nam neque Policleto edificat, quia Policleto, neque reperit quispiam thesaurum, quia terra fodit. neque corruscat, quia quispiam ambulat. sed hæc omnia accidunt. quatuor igitur explicatis modis, quidpiam dicitur per se, atque etiam per accidens. contra istam tamen sententiam videtur esse ratio. nam plures alij modi per se sunt, quam qui sunt presenti loco numerati ab Aristotele, ille enim libro. v. de prima philosophia, per se etiam appellat quod est primo tale. quo sensu superficies per se dicitur inesse coloratum, nam superficies primo et per se colorem habet, neque potest sine colore reperiri. concedimus tamen nos verum esse, quod obicitur. neque ideo Arist. reprehendi debet, nam ille neque inquit tantum his quatuor modis dici aliquid per se, neque eidem animus fuit omnes modos recensere, sed illos qui maxime dicuntur, ut ex eisdem illos acciperet qui ad conficiendam demonstrationem pertinent, quæ ex his constat quæ per se sunt. non ex fortuitis.
- Quod autem potissimum sint quatuor modi per se, hac ratione vindetur persuaderi. per causam dicit: at qui sunt tantum quatuor causarum genera. ergo et quatuor modi per se. Primus enim modus pertinet ad causam formalem. nam definitio atque eius partes ad formam rei referuntur. Secundus ad materiam pertinet: subiectum enim vicem materiae habet, quod indefinitio predicata ponitur. Tertius ad finem refertur. quoniam res singula et quæ per se sunt fines agendi sunt. Quartus spectat ad efficientem causam, nam subiectum quodammodo

## in caput quartum.

35

modo efficiens causa est predicata, ut cum dicimus edificator edificat. sic colligit numerum istorum modorum diuus Thomas.

D.Tho.

Dubium tamen est quot nam modi, et qui ex numeratis referantur ad demonstrationem? in hac quæstione, magna controværsia est inter latinos scriptores: nam diuus Thomas primum et quartum modum concedit demonstratiōni. alij, duobus his secundum quoque adjiciunt, sunt etiam qui putent omnes hos modos esse utiles demonstratiōni, quod ȳdem in demonstrationem incident. nos tamen cum Philopono, atque themistio grauiſſimis enarratoribus censemus ad demonstratiōnē solum duos modos pertinere, primum inquam et secundum. hanc sententiam isto syllogismo conuincimus. Illa solum pertinent, ad conficiendam demonstrationem, quæ efficiunt ut simpliciter sciamus. huiusmodi sunt, quæ sunt per se primo atque secundo modo, ergo illi tantum modi pertinent ad demonstrationem. discursus legitimus est, et maior aperta, cum demonstratio sit syllogismus faciens scire. minor probatur. nam vniuersa definitio et singulæ partes eius, necessario insunt speciei quæ definitur.

Quæstio

quot mo-

di per se

pertineat

ad demon-

strationē.

D.Tho.

Philopostratiōnē solum duos modos pertinere, primum inquam et secundum. ponus thesaurū. hanc sententiam isto syllogismo conuincimus. Illa solum pertinent, ad conficiendam demonstrationem, quæ efficiunt ut simpliciter sciamus. huiusmodi sunt, quæ sunt per se primo atque secundo modo, ergo illi tantum modi pertinent ad demonstrationem. discursus legitimus est, et maior aperta, cum demonstratio sit syllogismus faciens scire. minor probatur. nam vniuersa definitio et singulæ partes eius, necessario insunt speciei quæ definitur.

Philopo-

mistius.

Syllogis-

mus.

Illa etiam quæ secundo modo per se dicuntur necessario insunt. nam propria sunt, quæ conueniunt omni et soli subiecto atque etiam semper, quare isti duo modi per se referuntur ad demonstrationem, atque ideo in demonstrationibus quæ simpliciter faciunt scire, duo isti modi perpetuo sumuntur. raro alij aut potius nunquam. Exemplo vero haec ipsa sententia facile ostendere poterit. nam in huiusmodi demonstratiōnibus, minor propositio est primo modo per se: maior vero secundo modo. ut cum ita colligimus. omne animal particeps rationis est risibile, omnis homo est animal particeps rationis. conclusio etiam ad secundum modum per se refertur, atque pertinet. idem quoque persuaderi à nobis poterit ex verbis Arist. is enim eos modos inquit pertinere ad sciendum simpliciter, cum vel quidpiam ex necessitate inest predicato, quod in secundo modo contingit, aut cum alia sunt ex necessitate propter predicata quod fit primo modo per se. idem demonstrat. cap. vi. Rationem cur isti modi pertineant ad efficiendum scientiam simpliciter illa reddit Arist. quoniam non contingit quæ sic alijs insunt

Exemplo

res proba-

tur.

K. ij per

## Commentarius

per se, primo inquam aut secundo modo non inesse. hoc probat inductione atque exemplis propositis. sed quoniam quæ primo modo alijs insunt, plane constat necessario inesse: Arist. exempla non adhibet primi modi sed duntaxat secundi. & quoniam quod dicitur secundo modo per se proprium est speciei, istud verò duplici genere cōtrinetur, quoddam simplex est, aliud cōiunctum utriusque generis proprij aut passionis, exemplo rem probat. risibile enim quod secundo modo per se inest homini, necessario quoque inest eidem. cōiuncta etiam passiones necessario generi subiecto insunt. Ut rectum, & curuum, linea par, atq; impar, numero. quod autem passiones istæ opposita necessario semperq; insint subiecto, hoc argumēto demonstrat Arist. quoniam priuaria, contraria, cōtradicentia, in eodem genere insunt. & se mutuo cōsequuntur, quare impar, nō par, carens paritate se cōsequuntur. par autem & nō par quæ sunt velut affirmatio & negatio, proculduo necessario insunt cuiq; numero, quia de quouis est affirmatio vel negatio: ergo etiam par atq; impar, de quouis sunt: atq; idē sentiendū est de reliquis oppositis affectionibus, quare necessario atque semper subiecto insunt. duo ergo modi explicati faciunt demonstrationem.

*Alij modi non ac commodantur demonstrationi, terdi non accedit non ad substantiam spectat non semper accommodatur demonstrationi. siquidem non omnis substantia ad demonstrationem refertur. præsentim individua. quartus etiam modus in utili est demonstrationi. quoniam non semper ex necessitate inest. non enim iugulatio causa necessaria est, cur quidpiam intereat nisi accidat ut ea ipsa latens sit.*

Ad vniuersum autē genus ea pertinere dico, quæ & in omni insunt, & per se cōueniunt, & hoc ipso q̄ res talis est. Ex quo perspicuū est, ea quæ in vniuerso genere cernuntur, necessario iis cōuenire, quibus attribuuntur. Per se autē, & hoc ipso q̄ tale est cōuenire, idem significant. ut per se inest linea punctū, & rectū esse: ea verò etiā lineæ, quia linea est, cōueniunt. Et triangulo, hoc ipso quod triāgulum est, conuenit habere tres angulos pares duobus rectis, sed & per se triāgulo conueniūt. At verò vniuersum genus, ut demonstretur, necesse est, non modo, ut in ea re inesse demonstretur, cui omni cōuenire possit: sed etiam, ut de eo conclu-

## in caput quartum.

36

concludatur, in quo primū omnium cernitur. Ut tres habere angulos pares duobus rectis, neq; in vniuersum genus figurarū cadit (etiam si figuram nō eam quidē, quāuis, sed incerte figuram, probare possumus habere tres angulos pares duobus rectis) neque illud, qui demonstratio ne cōcludunt, in qua vis figura, sine vlo discrimine, id recte confidere possunt: quadrangulum enim figura est, neque tamen tres habet angulos pares duobus rectis. Isosceles autē habet quidem, quodcūque illud. tādem sit, tres angulos pares duobus rectis, sed nō id primū est, in quo illud cernitur, cum ad triangulum id prius pertineat. Quicquid igitur tandem sit, quod primum aut habere tres angulos duobus rectis pares, aut aliud quiduis, demonstrabitur, id erit in quo primum omnium genus vniuersum spectabitur. Ac demonstratio quidem propriè, ac per se erit, quo vniuersum illud genus probabitur: in aliis autem omnibus, non propriè ac per se, sed alio quodam non accurato genere demonstrandi illud quidē cōcludetur. Quimetiā in Isoscele, si illud demonstretur quod diximus, non ostendetur vniuersum genus, cum id multolaciū, pateat quām Isosceles.

Explicit hancenū Arist. quod sit prædicatum de omni, & quod modis per se quidpiam s. & quinam modi per se demonstrationi confiendæ acommodentur, explanat tertium vocabulum, vniuersale inquam aut ut vulgo dicitur secundum quod ipsum. Ut id efficiamus commodius atque aptius, meminisse necesse est, trifariam usurpari vniuersale. Primum vniuersale vocatur quod omni inest, tametsi per se non inest, hoc sensu atrum coruō dicitur conuenire, tanquam prædicatum vniuersale, quoniam omni coruō inest. deinde vniuersale vocatur quod & omni conuenit & per se ut natum ad risum, si ad hominem referatur. Tertio vniuersale est quod habet quæ diximus & præterea inest secundum quod ipsum. quo intellecū, in præsencia definit Aristoteles vniuersale. est igitur vniuersale, quod dicitur de omni per se atque primo. Ut natum ad risum, est hominis vniuersale. habere tres angulos æquales duobus rectis, est vniuersale trianguli, nam omni homini inest natum ad risum. & per se secundo modo, & primo. nam homini conuenit, quia homo est. illa particula de omni reiūciuntur fortuita,

K iij aus

## Commentarius.

**Explicat** aut quæ non semper contingunt. Illa siquidem neque propria artis sunt, neque præceptis continentur. neque eorum potest, haberi scien- tur defi- nitio.

**De omni.** per se dicuntur, & ea reiçit, quæ his duobus modis repugnant. ut coruus est niger. non enim nigrum esse, est prædicatum vniuersale

**Per se.** corui. quia illi per se non conuenit primo, aut secundo modo. cum ait, primo separat illa quæ licet omni atque per se alijs conueniant, conue- niunt tamen per medium aliquod, ut homo est aptus ad sentiendum. nam aptum ad sentiendum animali ineſt primo. deinde homini, per medium animal. quare natum ad sentiendum non est vniuersale ho- minis. quoniam non ineſt illi primo, hoc est non ineſt homini quia est homo, sed quia est animal. eorum ergo quæ sunt huiusmodi propriæ definitio est. atque etiam demonstratio. reliquorum vero per accidēs. quod autem illa omnia quæ connumerauimus ineſſe oporteat vniuer- sali Arist. probat, quoniam vniuersale conuenit ex necessitate, ut ho- mini natum ad risum. habere tres angulos, triangulo. ergo oportet ut omni conueniat, atque etiam per se & primo. atque ita inquit trian- gulo conuenire ut vniuersale, habere tres angulos, quoniam omni trian- gulo ineſt & per se ineſt, & primo, id est secundum quod est trian- gulum. figura vero non ita conuenit quoniam non conuenit omni fi- gura. neque etiam est vniuersale trianguli gradarij. hoc est trianguli

**Habere** tres angu- los cuiusest sit vniuer- sale. quod constat tribus lineis in aequalibus. neque cuiuspiam alterius for- ma trianguli. ut aequaliter aut æquipedi, siquidem nulli istarum for- marum trianguli primo ineſt. neque enim gradarius quia gradarius est habet tres angulos pares duobus reſtis sed quia est triangulum. atque ideo neque de figura, neque de uilla forma trianguli per se de- monstrari potest, habere tres angulos, sed duntaxat de triangulo cu- ius illud est vniuersale.

**Quo p.=&** Ex his quæ diximus colligitur qua ratione comparentur, de omni per se & vniuersale, nam de omni generalius verbum est, quam per se. multa enim prædicta sunt de omni quæ non sunt per se: ut candi- dum de omni cygno dicitur non tamen per se. Per se vero c. muniūs uersale. verbum est. quam vniuersale: nam cum quatuor modis dicatur per se duo

## in caput quartum.

37

duo tantum priores vniuersaliter dicuntur. reliqui modi per se ad vni- uersale non pertinent. Sed obijcit aliquis si vera est hæc sententia Obiectio. quo pacto Arist. inquit per se & secundum quod ipsum seu vniuersa le idem sunt. Dicendum tamen nobis est, simpliciter atque omnino Soluitur. differre per se, atque vniuersale ut ratio probat, atqui ut sunt in de- monstratione non differunt. quicquid enim per se dicitur in demon- stratione vniuersale quidem est. nam in demonstratione quæ facit simpliciter scire definitio & proprium collocantur. quæ & per se di- cuntur de specie & ad illam comparata. vniuersalia sunt.

Sed vrgebis, cōsequitur hæc dilutionem argumenti nunquam nos Obiectio. monstrare posse passionem aliquam nisi de proprio subiecto: nam so- lum cum ita fit demonstratio, per se atq; vniuersale sunt idem. atqui contra fit. nam habere tres angulos de æquilatero: atque alijs moſtra- tur, quæ vniuersalia non sunt. dicendum nobis est quod per se solum Soluitur. demonstramus passionem de subiecto. & cum eo pacto fit demonstratio passionis de parte subiecti non fit quidem per se sed per accidens hoc est per aliud. & tuc temporis non est neſſarium, ut quod per se est, sit etiā vniuersale. ergo in demonstratione potissima idem sunt per se & vni- uersale, in cæteris non opus est. sed Arist. præcepta demonstrandi illi maxime generi demonstrationis accommodat, quæ propria & po- tissima est.

Considerandum nolis est, quod ex definitione vniuersalis quam tradit Arist. multos fructus licet capere, præcipui vero fructus, tres sunt. Primus est quod artifex non debet explicare omnem causam cognitio= artis sed illam tantum quæ proxima est atque inmediata. si enim nevniuer querat aliquis cur ventres sint calidi hieme: medicus primam cau- salis: fam redder: cæteras prætermittet. illam enim causam redder, quoniam Primus habent constipatum calorem, constipatur calor quoniam transpi- vſus. rare non potest. transpirare vero nequit, quoniam meatus obſtruuntur. obſtruuntur meatus propter frigus, causa ergo proxima est: quo Cur ven- tres bi= me calidi Secundus

Secundo conducit vniuersalis cognitio ad eam rem ut intelliga- fructus.

L mus

## Commentarius

*mus quid sit proprium cuiusque artis. illud enim proprium artis est quod primo conuenit artis subiecto.*

### Argumentum capituli quinti.

**D**icit Aristoteles superiori capite quid sit universalis, quoniam vero universalis alteri assignatur; narrat tres errores qui continentur in assignatione universalis & rationem singulorum reddit. atque illos subiectis exemplis declarat.

### Caput quintum.

**I**llud autem hoc loco ignorare non debemus, saepe id usu venire ut in accipiendo genere universalis peccemus, putantes ipsum genus universalum a nobis in eo esse probatum in quo primum inest, cum re vera in eo subiecto primum non cernatur.

**Erores**  
**qui acci-**  
**dunt in as-**  
**signatio-**  
**nem uniuer-**  
**sali.**

**H**is verbis docet errare aliquando contingere cum assignamus generi universalis universalis. existimamus enim interdum passionem aliquam alicui generi primo conuenire, cui sane primo non conuenit. quando vero hoc accidat idem Aristoteles docet, tres siquidem errores numerat & errandi occasionem aperit. Trifariam vero errare accidit, quoniam cum universalis proprium sit quarto modo & tria alia sint propria genera, tribus modis peccamus assignando quodpiam aliud trium proprietatum. prius tamen errores omnes simul recenset. Deinde singulos illustrat exemplis.

Oritur autem huiusmodi error aut quando in uno genere una est res singula ob idque superius ea accipi non potest.

**Primus**  
**error.**

Primus igitur error est cum illud quod inest primo communis alicui tribuimus unius individuo contento sub illo quod communis est. errandi occasio inde accipi potest quod communis unum tantum individuum habet & putamus idem esse passionem illi in individuo tribuere ac si eam consideremus universalis. ut si Socrati, quod solus existet, susceptum disciplinae tribueremus deciperemur quidem: nam illud non conuenit primo Socrati sed homini atque ideo non est eius universalis.

*Aut*

### in caput quintum.

38

*Aut cum rebus singulis multis, est una quidem communis ratio, sed tamen nullum nomen positum est, quo illud genus appelletur, diversis speciebus conueniens.*

*Erramus secundo in assignatione universalis, quod genus aliquod secundus est in nominatu, & quod est generis tribuimus alicui forma aut specificie earum que comprehenduntur sub illo genere quod nomine vacat, Quoniam ignoramus, commune genus cui illud cocedamus. Ut si quispiam triangulo & quadrilatero tribuat habere tres angulos: illi enim non conuenit primo sed triangulo, neque est iofschelis universalis.*

*Aut si res illa in qua inesse quidpiam demonstratur quasi pars tantum eius sit in quo primo inesse conspicitur,*

*Tertius error est cum genus nominatus est, sed quod primo speciei Tertius cōuenit tribuimus generi sub quo species illa aut forma comprehenditur cui primo universalis conuenit. hoc enim sensu explicatus est tertius iste error. ergo quotiescumque aliquo praedictorum modorum in assignatione universalis peccatur. & demonstramus passionem illam, vel de individuo, contento sub genere, cuius est illa passio, quemadmonstratur, vel de aliqua specie, cum primo conueniat generi, vel de genere cum primo in sit speciei, non sit vera demonstratio, atque potissima.*

*Postquam Aristoteles istos errores recensuit singulos propositis illustrat exemplis exorsus a postremo errore, cum inquir.*

*In singulis enim partibus ita demonstrari potest ut etiam conclusio sit de toto genere affirmatio, attamen non erit ea generis universalis de eo in quo primum inest demonstratio. quandoquidem eam demum demonstrationem genus universalis in quo primo inest, conclusisse puto quae in ea re subiecta probavit, in qua inest, hoc ipso quod talis est. si quis igitur rectas lineas non posse concurrere ostendat, illa quidem videbitur esse demonstratio propter ea quod in omnes rectas lineas id eadere potest, & tamen non est demonstratio. Si quidem illud non conuenit lineis pari semper intercalo distantibus, quia sunt recte. sed id omnibus pariter distantibus qualescumque illae sint conuenire posse cernitur.*

*Exemplum ergo quo Aristoteles utitur ad explicandum tertium errorum sumptum est ex geometria unde etiam pleraque alia sumpta sunt ab eodem Aristotele. quae non facile explicare possit, neque explicata ab*

*Lij alijs*

## Commentarius

alij intelligere qui mathematicarum artium rudis atq; ignarus fit.  
Illud vero sic habet, para lellarum, hoc est æquè distantium linearum  
(quales he sunt) proprium est non concurrere. Si quis igitur non co-  
curere concedat omnibus lineis rectis peccabit assignando vniuersale.  
quoniam non inest primo lineis rectis. sed parallellis quæ sunt, veluti  
formæ atque species rectarum linearum. quare qui illam passionem  
de lineis rectis monstraret, vitiosam faceret demonstrationem siqui-  
dem non in eo quod recte linea sunt, non concurrunt sed quoniam  
parallela sunt.

Et si nullum esset triangulum præter isoscheles conuenire videren-  
tur trianguli proprietates, isoscheli.

His verbis secundi erroris exemplum adhibet, quod ut intelliga-  
mus considerare necesse est, trianguli tres esse species quæ omnes no-  
trianguli men atque appellatione capiunt ex costis aut lineis quibus efficiuntur.  
quot sint, Sunt ille isospleuros, sive equilaterus qui omnia latera habet æqualia.  
Et unde Isoscheles, sive equicrurus qui habet duo tantum latera æqualia  
appella-  
tionē cœ-  
perint.

Scalenon, sive gradarius, qui habet omnia latera in æqualia.

Inquit igitur Arist. quod si quispiam habere tres angulos duobus  
rectis pares tribueret isoscheli, existimans hanc vnam esse trianguli  
formam, peccaret sane & si istam passionem monstraret de eodem  
non recte faceret demonstrationem. quoniam illud primo inest trian-  
gulo, non isoscheli.

Et proportio commutata inest in numeris, quia numeri sunt: & li-  
neis, quia lineæ, & insolidis, & temporibus, hoc ipso quod, aut solida  
aut tempora sunt, cum ita demonstratur, quemadmodum aliquando  
separatim de iis singulis demonstratum est. Nihilominus tamen fieri  
potest, ut vna demonstratione communi, illud ipsum de iis omnibus  
concludatur. Sed quoniam non est nomen impositum, quo illud ap-  
pellamus, in quo ista, numerus, linea, solidum tempus conueniunt, com-  
muniq; vna ratione continentur: & quoniam sunt hæ tres, species in-  
ter se differentes, idcirco singulatim illa accipiuntur. At qui nunc de-  
mum quum natura communis accipitur, ipsum genus vniuersum de-  
monstratur. Neque enim inest aut numeris, aut lineis hoc ipso, quod  
aut nu-

## in caput quintum.

39

aut numeri, aut lineæ sunt, sed qua ratione, communè illa ratione parti-  
cipant. Quare si quis vna, aut altera demonstratione concludat, singu-  
las trianguli species, vt isopleuron, scalenon, & isosceles, habere tres an-  
gulos pares duobus rectis, is nondum nouerit (nisi quomodo cogno-  
scere solent sophistæ) triangulum habere tres angulos pares duobus  
rectis. Ac ne si præter illas quidem tres species, nullus alius sit triangu-  
lus, ob id credendum est, eum scire vniuersum genus trianguli, Neque  
enim triangulum nouit hoc ipso, quod triangulum est: neq; nouit om-  
ne triangulum, nisi secundum numerum: secundum speciem autem,  
& qua ratione vnum quippiam est triangulum, non nouit: etiam si ex  
singulis nullum sit quod non cognoscatur.

Tertiae deceptionis duo exempla suppeditat Arist. quæ explicare  
maiis negotium est quam documentum intelligere: sed nos dabimus  
operam ut facile percipi possint. ergo ut primum exemplum constet Proportion-  
aperte in primis sciendum est. proportionem esse unius ad alterum col-  
lationem. ut quaternarij ad binarium. proportionalitas est proportio  
proportionum ut à duodenario numero ad senarium. à quaternario  
ad binarium. deinde proportionalitatum variae sunt passiones. Vnata  
men est commutari proportionaliter. hoc contingit quotiens commu-  
tamus proportionem. commutari ergo secundum proportionem passionis  
est communis cuiusdam generis, quod numeros, lineas, tempora atq;  
alia id genus complectitur tamen illi generi positum non est.  
quam obrem si quispiam vel numeris, vel lineis, tribueret commuta-  
ri secundū proportionē erraret sane. nam licet illud conueniat nume-  
ris, lineis, temporibus, atque alijs id genus qua numeri sunt, aut lineæ.  
non est vniuersale cuiuspiam eorum: si quidem primo nulli istorum  
conuenit sed generi illi in nominato, atque ideo de nullo eorum qua  
diximus propriæ monstrari & primo potest, sed solum de eo commu-  
ni quod vacat nomine.

Objicit aliquis falsum esse quod inquit Arist. commune illud. Obiectio:  
cui conuenit commutari secundum proportionem non habere nomē:  
nam numeri, lineæ, corpora, tempora, quæ secundum proportionem  
commutantur commune genus habent, nempe quantitatem. omnia  
enim sub quantitate existunt: quantitas vero nomen positum habet.

Lij falsum

## Commentarius

*Solutio-* *falsum igitur est commune sub quo omnia ista ponuntur vacare no-*  
*mine dicendum est commutari secundum proportionem non tan-*  
*tum conuenire quantitati, ut diximus, sed etiam qualitati. Qualita-*  
*ti autem & quantitati quae sunt duo genera suprema, nullum est*  
*commune nomen. Quare in nominatum est istud commune. commu-*  
*tantur enim secundum proportionem quantitatis numeratae, nam*  
*sicut se habet. xij. ad. vi. se habet. iij. ad. ij. utrobique enim dupla pro-*  
*portio est. & mutata ratione sicut se habet. xij. ad. iij. se habet. vi.*  
*ad. ij. Nam utrobique est tripla proportio. commutantur etiam se-*  
*cundum proportionem qualitates: Nam apud Platonem in gorgia, ar-*  
*tes cōmu-*  
*tes atque scientiae commutantur secundum proportionem. eodem*  
*tantur se enim autore. sicut se habet sophistice ad poeticem, se habet legalis*  
*cūdū pro-*  
*portionē. ad iudicariam, & mutata ratione. sicut legalis ad sophisticem ita*  
*quoque iudicaria ad poeticem. idem quoque inquit accidere, in gym-*  
*nastica, & medicina, mangonica, & culinaria, rebus ergo ait Arist.*  
*non esse nomen positum communī huic.*

*Secūdum* *Quoniam vero propositum exemplum obscurum est adducit a-*  
*exēplum. illud apertius atque ita inquit, quod si triangulum non haberet no-*  
*men positum, eius tamen tres species numeratae, nomen haberet &*  
*quispiam tribueret singulis formis vel omnibus simul habere tres*  
*angulos, & illud vel de omnibus una demonstraret demonstratio-*  
*ne vel pluribus peccaret assignans, & faciens similem demonstra-*  
*tionem; quoniam illa passio nulli forme trianguli conuenit primo,*  
*sed communi ipsi quod ponimus vacare nomine.*

Quod si id scire velis, quando genus vniuersum non cognoscimus,  
& quando generaliter, atque absolute rem aliquam intelligimus id  
ego hunc in modum faciam manifestum. Nam si non alia vis, atque  
natura trianguli esset, quam huius, aut illius isopleuri, aut vero om-  
nium simul isopleurorum, semper in vniuerso genere rem intellige-  
mus. At si est huius, atque illius diversa ratio, insit autem aliquid trian-  
gulo hoc ipso, quod triangulum est, nisi hoc modo sciamus, genus  
vniuersum non intelligemus. An autem insit aliquid triangulo quia  
triangulum est, an vero isoceli, quia est isosceles, deinde quando ali-  
quid alteri primum conuenire dicendum sit, postremo quoniam il-

*lud*

## in caput quintum.

40

Iud tandem sit genus vniuersum, quod demonstratione concluden-  
dum est, vna hac ratione cognoscemus. Quādo tale erit aliquid, quod  
detractis aliis, in re aliqua inest, atque adeo illi rei primum omnium  
conuenit. Veluti isosocheli æneo triangulo conuenit habere tres an-  
gulos pares duobus rectis: sed etsi illa tollas, æneum, & isoscheles, ad-  
huc restat, cui conueniet. Atsi, aut figuram, aut quod extrema habet,  
tollas, nil tum quidem erit, cui illud conuenire possit: sed tamen non  
sunt illa, quibus primum sublati, haec sublata est proprietas. Quo igit-  
ur primum sublato hoc esse desit, triangulo scilicet. Quare & aliis  
per hoc conueniet: & in hoc solo erit vniuersi generis demonstratio.

Docuit Arist. trifariam decipi contingere in assignatione vni-  
uersales atque etiam deceptions illustravit exemplis propositis hoc  
loco documentum quoddam, nobis præbet, quod si sequamur facile  
intelligemus, quid primo conueniat alicui, & cuius vnuquodq; sit vni-  
uersale, & de quo propriè & primo passio möstrarri possit. canonem  
verò ille multis verbis tradit, nos illum paucis explicabimus. Documē-  
tum est, illi primo inest aliud quo posito, aliud ponitur, & quo subla-  
to alterum auferatur: quare natum ad risum primo conuenit homini  
quoniam homine posito ponitur statim natum ad risum, & homine  
sublato statim auferatur natum ad risum. primo verò non conuenit  
animali, quoniam non quam primum animal ponitur, ponitur etiam  
natum ad risum. neque primo Socrati conuenit, quoniam etiam si  
Socrates intereat, non continuo admittitur natum ad risum.

Canon ad  
cognoscen-  
dum vni-  
uersale.

Eodem pacto habere tres angulos duobus rectis pares conuenit  
primo triangulo, quoniam posito triangulo ponitur illa passio, &  
sublato triangulo statim auferatur, at vero non conuenit primo figu-  
re quoniam non quam primum figura est, tres angulos habet. neque  
isoscheli primo conuenit, nam licet adimas isoschelē, manet illa pas-  
sio. similiter triangulo enæo primo non conuenit, quoniam etiam si  
enæum adimas modo perstet triangulum passio adest.

## ¶ Argumētum capit⁹ sexti.

D Eclarauit Arist. prædicatum de omni & per se, & vniuersa-  
le, in præsenti capite ostendit vsum earum vocum quas quar-  
L iij to

## Commentarius

to capite explicit, cum docet quales oporteat esse propositiones quibus efficitur atque constat demonstratio, monstrat igitur esse per se atque necessarias.

### ¶ Caput sextum.

**A**T qui si demonstrativa scientia ex certis quibusdam ac necessariis initii oritur, omne enim quod sub scientiam cadit non potest aliter habere: sunt autem ea quae per se rebus conueniunt necessaria, ex his enim, alia in definitione rei subiectae adhibentur, aliorum autem natura, cum definitione explicanda est, adhibito ipso subiecto, in quo insunt declaratur: in quo genere, semper alterum ex cōtrariis in re subiecta inesse necesse est: Ex iis illud perspicuum est, demonstracionem ex huiusmodi, quae per se insunt, constare: omne enim quod alteri conuenit, aut hoc modo, aut per accidens attribuitur. constat autem accidentia non esse necessaria. Aut igitur ita certe statuendum est, aut nobis hoc loco quasi principium quoddam accipiendum. Demonstracionem rem esse certissimam, & necessariam, & si quid est quod demonstratione conclusum est, illud omnino posse aliter se habere.

**Quinta conclusio.** **Q**VINTUM theorema aut conclusio quam tradit Arist. praesenti lo-  
co sic habet, demonstratio constat ex his quae dicuntur per se, pri-  
mo aut secundo modo. Hanc conclusionem isto pacto demōstrat, omnia necessaria sunt per se, demonstratio ex necessariis efficitur. ergo demonstratio his constat quae sunt per se. discursus legitimus est, ma-  
tiorum propositionem non probat Arist. sed eius conuersam, eam in-  
stat quae p-  
quā sola quae sunt per se sunt necessaria, isto modo, omne quod est, se sūt pri-  
mo aut se non est, ut plane constat, ergo ea solum quae per se sunt necessaria  
sunt. atque ex consequenti, omnia necessaria sunt per se, minorem ve-  
rō propositionem videlicet quod demonstratio necessariis constat,  
Aristo. cap. iij. monstrauit aliquo modo, in quarto inquam theore-  
mate, ceterum. quoniam non omnino monstratum est hoc, eo loco  
eandem rem quatuor argumentis rursum monstrat in hoc capite.  
est ergo vera sententia Arist. quod demonstratio ex his constat quae sunt

### in caput sextum.

41

Sunt per se, sed quoniam quae per se sunt quatuor modis dicuntur, & Qui mo-  
duo tantum modi per se primus videlicet & secundus conficiunt ne-  
cessariam propositionem, quia quod primo modo per se est aut defini-  
tio rei est aut pars eius. quod secundo modo est proprium. atqui hæc  
omnia necessariam efficiunt propositionem. nam semper definitio  
& quævis eius pars inest rei quæ definitur. item proprium necessario  
inest rei cuius est proprium, siue illud simplex sit, siue compositum,  
quare demonstratio his constat, quæ per se sunt, primo aut secundo  
modo.

Ex quo illud necessario efficitur, eam ratiocinationem, qua huius-  
modi res concluditur, esse ex necessariis sumptionibus cōstituendam.  
Nam ex veris quidem propositionibus alius concludit, quām demon-  
strator: ex necessariis vero, quia id iam demonstrationis est proprium,  
non potest alius præter demonstratorem concludere.

*Quatuor rationibus probat Arist. demonstrationem fieri ex ne-  
cessariis.*

*Prima* verò connexo arguento ita explicatur si quod scitur non contingit aliter habere. demonstratio procedit ex necessariis, sed id quod scitur non contingit aliter habere, ergo fit demonstratio ex ne-  
cessariis. nota est consequentia, minor aperta, est enim postulatum quod posuit Arist. cap. ij. huius libri & c. iij. lib. vi. ethic. maior verò probatur, nam tametsi ex veris non necessariis ratiocinatio fieri pos-  
sit ex eisdem nullo modo demonstratio fit. quare vera est utraque pars antecedentis, atque ex consequenti ex necessariis fit demonstratio.

Quod autem fiat ex necessariis demonstratio, hoc quasi signo intel-  
ligi potest: quod cum volumus occurrere, & obseruire ei, qui se aliquid  
demonstratione probasse purat, hoc nos fere modo obseruire solemus,  
ut non esse id necessarium, quod accipit dicamus. si autem vera posse  
rem secus habere existimemus: aut veri similiter infirmari posse, quod adfert, hoc modo, putemus

*Secundum argumentum sumptum est à refutatione.* Nam cum Secunda  
quempiam reprehendimus quod non demonstrauerit, solemus dicere ratio-  
nem non fuisse usum necessariis, aut omnino aut opinione, aut iu-  
dicio nostro, demonstratio ergo ex necessariis omnium sententia con-

M. stare

## Commentarius

**Prothago** stare debet. Obiter autem Prothagoram reprehendit atque alios id  
genus sophistas qui exprobabilibus arbitrabantur demonstrationem  
prophetae. Se confecisse, qua probarent geometram scire quid sit scientia. eorum  
ratio ita concludebatur. scire est scientiam habere; geometra scit, ha-  
bet ergo scientiam, sed qui habet scientiam scit quid est scientia. er-  
go geometra dum scit geometram scit quid est scientia. errant ta-  
men. siquidem nondum accepere principia ex quibus demonstratio-  
nem fieri oportet. principium enim demonstrationis non est probabi-  
le, sed verum atque id non quodvis sed primum. quod non contingit  
in superiori illa ratione. Nam ea proposicio qui habet scien-  
tiam, scit quid est scientia, non est quidem necessaria sed probabilis.  
*Hanc vero sententiam his verbis explicat Arist.*

Quapropter ridendi sunt, qui se putant accommodata ad demon-  
strationem principia habere, cum probabiles, ac veras acceperint pro-  
positiones. Qualis est illa sophistarum propositio, scire nihil est, quam  
scientiam habere. Non enim quod probabile est, aut minus probabi-  
le, principium est: sed quod in eo genere, in quo demonstrationes ver-  
santur. Primum est, nec omne quod verum est, vnicuique rei demon-  
stranda statim est accommodatum.

*Tertiam deinde rationem his verbis inuit atq; explicat Arist.*

Iam vero, quod necessarias esse demonstrationis sumptiones ope-  
rat, ita confirmari potest: qui causam, quam obrem res sit, ignorat, is  
per demonstrationem non est rei scientiam assecutus. Atqui si ita po-  
namus, esse conclusionem, omne. c. est. a. necessariam, medium autem  
b. per quod illud confirmatur, non necessarium: fieri non poterit, vt  
quam obrem res sit, intelligamus, quandoquidem talis conclusionis,  
tale medium causa esse, non possit. Potest enim eueniare, vt hoc non sit,  
cum interim necesse sit, illam conclusionem semper esse.

**Tertia** Illa huc pacto concluditur. qui scit per demonstrationem scit pro-  
pter quid id est causam. qui autem scit conclusionem necessariam  
per medium contingens non scit propter quid ergo qui scit conclu-  
sionem necessariam per medium contingens non scit per demon-  
strationem. ergo demonstratio fit ex necessarijs. discursus legitimus  
est

## in caput sextum.

42

est, maior manifesta minor probatur, quoniam contingens non po-  
test esse causa necessarij. quod exemplo demonstrat, Arist. si enim  
a. necessario insit. c. ita ut haec propositione vera efficiatur necessario. c.  
est. a. que est conclusio, id est homo est animal, & b. quod est me-  
dium. a. & c. contingens sit. erunt contingentes duas istae propo-  
sitiones. b. est. a. & c. est. b. id est quod philosophatur est ani-  
mal, homo philosophatur. Quare cum huiusmodi propositiones con-  
tingentes sint falsae esse poterunt, conclusio vero quia necessaria est  
falsa esse non potest. quam obrem si necessarium ex non necessarijs  
scimus. scimus id cuius causam ignoramus.

Insuper si quis nunc rem aliquam nesciat, cum & res, quam scie-  
bat, eadem manet, & in columis ipse est, & adhuc animo retinet proba-  
tionem eandem, quam prius, nec memoria aliquid, quod ad eam  
rem pertinet, excidit: si quis inquam, ita affectus, nesciat tamen: an  
non id certum est. ne prius quidem illa probatione rem scire potuisse?  
Atqui si medium non est necessarium, interire potest. Cum igit  
tur non erit medium, illud necessario eueniet, quod dixi. Ut in colu-  
mis ego, re nulla ex parte mutata, eandem animo retinens probatio-  
nen, nesciam tamen. Quare illud necesse est, vt ne prius quidem sci-  
uerim. Nam quod fortasse non interit re vera medium, nihil re-  
fert, id enim satis est, quod possit. Illud autem quod possibile, ac con-  
tingens est, iam euenis sine ullo in commodo ponit potest. Atqui  
fieri non potest, ut rem sciamus, cum hoc modo affecti sumus.

**Quartum argumentum ita colligitur ex superioribus Arist.** ver-  
bis. si sciremus conclusionem necessariam per medium aliquod con-  
tingens accideret ut nesciret quispam quod antea sciebat, ipso ma-  
nente in columi, & re que scitur atque etiam cognitione & ratio-  
ne, per quam rem scivit: hoc autem fieri non potest, ergo neque  
possimus scire conclusionem necessariam per medium contingens.  
Discursus legitimus est, minor etiam manifesta maior probatur,  
nam cum medium sit contingens poterit non esse, si medium non  
sit quod est causa cur sciatur conclusio proculdubio qui sciebat iam  
non scit. atqui ipse manet & res que scitur est in columis, similiter  
Mij etiā

## Commentarius

etiam cognitio atque ratio. quare non scimus per medium contingens sed ex necessarijs. ex his Arist. verbis colligimus tribus aut quatuor modis corrupti scientiam, corrupto videlicet eo qui scit, in quo tanquam in subiecto scientia existit, deinde corrupta demonstratione. tertio corrupta re cuius habebamus scientiam.

**Obiectio.** Sed quoniam posset quispiam obijcere cum medium contingens est non continuo esse corruptum atque ex consequenti non habere vim superiore rationem, obiectio diluit Arist. dicens, satis esse quod medium corrupti possit. nam quod contingens est aut evenire potest, etiam si concedamus iam evenisse, minime sane peccamus.

Deinde ne cuipiam videatur frustra monstrare demonstratio-

nen procedere debere ex necessarijs, quoniam necessarium non vide tur colligi nisi ex necessarijs, probat Arist. etiam ex non necessarijs colligi posse syllogismo necessarium, hoc modo. qui philosophatur est animal, homo philosophatur, ergo homo est animal. quemadmodum ex falsis verum colligitur interdum ratiocinatione, ut monstratum est in libris de priori analysi. merito ergo ex necessarijs monstrari ne cessarium probat Arist. Nunquam enim cum sumptiones necessariae sunt conclusio que ex eisdem colligitur potest esse non necessaria quod est ab Arist. quatuor argumentis monstratum. Et praterea hinc constat quoniam si ex necessarijs colligitur non necessarium cum etiam colligatur necessarium. Siquidem extrema inter se necessario coherent quemadmodum necessario iunguntur cum medio. hanc sententiam explanat Arist. his verbis.

Ac siquidem necessaria est conclusio, non est necesse, vt & medium, ex quo efficitur illa conclusio, sit necessarium. Quemadmodum enim ex falsis verum interdum concluditur, sic etiam ex non necessariis interdum conficitur necessarium. At si necessariae sunt sumptiones, & conclusionem esse necessariam oportet: sicuti ex veris nihil vñquam, nisi verū efficitur. veluti si necesse est, omne. b. est. a. itemq; omne. c. esse. b. ex his efficitur, necessario omne. c. esse. a. At vero si non est necessaria conclusio, fieri nō potest vt medium sit necessarium. Sit enim hæc conclusio non necessaria, Omne. c. est. a. tum si medium ita accipiatur, vt necesse sit omne. b. esse. a. & omne. c. esse. b. ex his sumptio-

## in caput sextum.

43

nibus efficitur hæc conclusio, omne. c. necessario esse. a. quam nos tamen posueramus esse non necessariam. Quoniam igitur quod per demonstrationem scimus, certum semper est, ac necessarium, ex eo facile colligitur medium demonstrationis necessarium etiam esse oportere: alioqui fatendum erit, nos non modo non posse, quam obrem res est, scire, sed nec quod res sit, posse certo cognoscere: sed alterum semper horum vñ eueniens, necesse est, vt aut falsam tantum habeamus scientiæ persuasionem, si id necessarium esse putemus, quod minime est necessarium: aut ne falsam quidem opinionem scientiæ habeamus. Atq; idcirco pariter euenturum, siue adhibetur tale medium ad probandum, quod res sit, quasi per medias propositiones, siue ad ostendendum quam obrem res sit, quasi persumptiones ita medias.

Ex superiori conclusione, colligit Arist. consequiū, cum inquit.

Accidentia autem quæ non ita insunt per se, quemadmodum supra definiuimus, non possunt sub scientiam demonstratiuam cadere, eo quod in iis conclusio necessaria esse non potest. Nam quod accidentis est, potest non inesse: ego enim sic accipio hoc loco, nomen accidentis.

Est ergo consequiū. accidentium non est demonstratio. demonstratio enim necessariorum est atque ex necessarijs, accidentia non rū. accidentia sunt necessaria sed contingentia, ergo eorum demonstratio non est, neque ex eisdem. Sed dicet aliquis quorsum igitur dialecticus interrogat propositiones contingentes, respondet Arist. ea causa id fieri, vt ex eisdem, aliquid necessario concludat. Propter formam argumentationis non autem quod sumptiones sint causa necessarij. atque ita inquit, Arist.

At quæret fortasse quispiam, quorsum igitur de his accidentibus sunt interrogations, nisi aliquid tandem necessario concludi potest? Nam quid refert, qualia sint, quæ interrogantur, vt ex illis aliquid necessario efficiatur? Dicendum igitur, non ob id illa interrogari, vt res ipsa, quæ concluditur, necessaria per ea, quæ interrogata sunt efficiatur: sed vt tantum, si illa posita sunt, hæc etiam necessario admittenda esse concludamus: et si vera sunt, quæ antecedunt, veram etiam esse compositionem efficiamus.

## Argumentum capituli septimi.

M iij In

## Commentarius

**I**N præsenti capite Arist. explicat septem alias conclusiones quæ pertinent ad scientiam demonstrandi.

### ¶ Caput septimum.

**S**ed quoniam in uno quoque genere ea necessaria insunt, quæ per se alicui rei, & quia res huiusmodi est, conueniunt: perspicuum est, non modo de iis fieri, quæ per se sunt, sed etiam ex iis cōstare debere omnes demonstrationes, quæ parere scientiā possunt. Accidentia enim non sunt necessaria: ob idque ex iis quam obrem sit res, quæ concluditur, non possumus certo scire: nec si illa quidem accidentia semper sint, qualia fere sunt, ex quibus constat ratiocinationes, quæ ex propriis rerum notis ducuntur. Nam quod per se est, hoc modo, non per se sciēt: quare nec quam obrem res sit, intelliget. Porro scire, quam obrem res est, nihil est, quām rei causam nosse. Quapropter necesse est, ut & medium minori extremo propter se conueniat, & maius item extremum, medio.

**6.Theo-**  
**rema.**  
**S**exta ergo conclusio quam Arist. tradit initio huius capitatis sī habet, demonstratio ita se habet ut in ea maius extreūm conueniat medio per primam causam, & medium minori extreūmo. quod est dicere, demonstratio ex primis procedit. hanc ita monstrat Arist. quæ sciuntur per se, sciuntur per primā causam, demonstratio constat ex his quæ sunt per se ergo quæ sciuntur per demonstrationem, sciuntur per primam causam. maius ergo extreūm conuenit medio & medium minori extreūmo per primam causam. discursus legitimus est minor monstrata est quinto theoremate, maior inde constat quoniam ob eam causam ex accidentibus non sit demonstratio etiam si illa semper insint, qualia sunt accidentia propria, quod primam causam non significant.

Ex quo illud efficitur, vitiosum esse indemonstrando, ex uno genere in aliud migrare. veluti si ex his in quibus versatur geometria. aliquid proberetur per ea, quæ ad arithmeticam pertinent, tria enim sunt, in quibus omnis continetur demonstratio. Prima est. ea, quæ demonstratio conficitur cōclusio: conclusionem autē intelligo, illud quod de certa quodam genere, per se enūtiari ostendit. Sunt deinde, & pronuntiata,

### in caput septimum.

44

tiata, ex quibus illud ipsum colligitur. Tertium est ipsum genus subiectum, cuius affectiones & quæ per se cōueniunt accidentia, demonstrantur. Ac diuersis quidem scientiis, eadem pronuntiata interdum accommodantur. Quando vero subiectum est diuersum, quemadmodum arithmeticæ, & geometræ, tum semper est vitiosum, velle arithmeticas demonstrationes accommodare ad concludendas magnitudinis affectiones, nisi forte magnitudines numeros quosdā esse putemus. Porro quemadmodum illud, in quibusdam non incōmode fiat, paulo post dicemus. Nunc illud constat, Arithmeticis demonstrationibus unum quodque esse subiectum, circa quod omnes versentur: id, quod in aliis etiā sit scientiis. itaq; necesse est genus subiectum aut idē omnino esse, aut certe ex parte aliqua cōiunctum, ut quæ demonstrationes unius loci propriæ sunt, accōmodatè alium etiā in locum trāsferātur. Nam quod, nisi horū alterū sit, fieri illud nō possit, vel hac ratione intelligi potest, quod necesse est, ut & medium, & extrema, ad idem genus pertineat, quæ si nō per se conueniunt, accidentia esse fatendum est. Quare ad geometriam nō pertinet, ostendere, in rebus aduersis unam versari scientiam: sed nec, quod duo cubi unū cubum facere possunt, omninoque, quod unius scientia est, cōuenire alteri nō potest: nisi forte cum una sic erit ad alterā affecta, ut in una altera contineatur, quomodo ad geometriam optice, & ad arithmeticā. musica affecta est. imd vero ne id quidem ad geometriam pertinet, q̄ lineis non conuenit, quia lineæ sunt: aut siquid aliud est, quod propriis suis principiis confirmari nō potest: qualia sunt ista, quod recta linea sit omnium pulcherrima: q̄ circūductæ lineæ aduersetur recta: neque enim hæc lineis conueniunt hoc ipso quod proprio quodam genere continentur, sed qua ratione communī aliqua natura participant.

**7.Theo-**  
**rema.**  
**S**ecunda cōclusio quam demonstrat Arist. hoc loco sī habet. demonstratio debet procedere ex proprijs. quam significat cū inquit vi- tiosum esse ex uno genere in aliud cōmigrare. i. affectiones proprias Demonstratio ex alicuius disciplinæ demonstrare de subiecto alterius. illa hoc modo pro bari potest. quæ per se & proxime insunt alicui, propria sunt eius cui proprijs insunt: ut plane constat, demonstratio vero ex his quæ sunt per se & ex proximis efficitur ut. v. & vi. theoremate monstratum est ergo demonstratio procedit ex proprijs.

Vt melius propositam conclusionem monstraret, admonet Arist.

M iiii in

## Commentarius

Tria iſūt in singulis demonstrationibus tria inesse subiectum quæſtionis, & à  
in singu- tribum aut prædicatum eiusdem: quæ vulgatis nominibus extre-  
lis demon- ma demonstrationis appellantur, aut datum & quæ ſitum, exiſtunt  
strationi- etiam in demonstratione principia. Attributum ſubiecto monstra-  
bus.   
Q[uod]a ra- mus in eſſe per principia: nam in coniunctione paſio de ſubiecto gene-  
ratione h[oc]ec re ſecundu[m] modo per ſe prædicatur. cum ergo tria illa quæ diximus in  
ipſa confe- omni demonstratione exiſtant, admonet Aristo. nihil prohibere,  
ratur. quominus principia quæ exiſtunt in demonstratione multarum ſint  
Principia artium communia. Nam in arithmeticā, & geometriā, eodem pri-  
nihil ve- cipio uti licet: & ex eodem utriusque disciplinæ colligere coniunc-  
tut eſſe co- nes. ut ſiquis dicat, quæ ſunt æqualia vni tertio inter ſe ſunt æqualia,  
muniſia. Subiectū a. & b. numeri ſunt æqualia. c. numero ergo inter ſe ſunt æqualia.  
quæſtio[n]is aut. a. & b. lineaæ æqualia ſunt. c. lineaæ ergo inuicem ſunt æqualia.  
& attri- nihil ergo vetat in diuersis disciplinis eisdem uti principijs. Fieri autē  
butum ad non potest, ut attributum & genus aut ſubiectum diuersarum ſint  
eandē di- disciplinarum, fieri enim non potest ut demonstrationem confida-  
ſciplinā- mus ex ſubiecto vnius ſcientiæ & attributo aut paſſione alterius. ra-  
pertinet. tio est, quoniam nihil eſt quod per ſe poſſit conuenire duobus generi-  
bus aut ſubiectis diuersis. Singulae enim ſcientiæ peculiare ac propria  
Cōmigrā ſubiectum habent cui per ſe paſſiones in ſunt & per ſe de proprio ſub  
re ab uno iecto demonstrantur. eſt igitur verum quod Arist. ait, non licere illi  
genere in qui demonstrat cōmigrare ab uno genere in aliud, id eſt. paſſiones  
aliud. vnius generis de altero genere demonstrare. ſed omnis demonstratio  
Quando ex proprijs corſtare debet.  
fallat pre Verum hoc non eſt perpetuum ſed interdum fallit. Tunc maxime  
ceptum. cum ſubiectum vnius artis eſt ſpecies aut pars alterius artis. Demon-  
1 stratio enim quæ fit de animali quod ſentiat, reſtè quidem homini  
2 accommodabitur, qui eſt animalis ſpecies. idem quoque contingit cu[m]  
artes ea ratione comparantur inter ſe ut vna ſub altera ponatur, cu[m]  
iſimodi ſunt geometria & perspectiva. arithmeticā & muſica. Nā  
Conſecta quæ demonstratio fit de ſujecto ſuperioris disciplinæ quæ ſub alter-  
nans vulgo dicitur eadem quoque aptari poſt inferioris artis ſujecto, ex his colligit Arist. quod h[oc]ec diſputatio ſit ne contrariorum ea  
dem di-

## in caput septimum.

45

dem disciplina, non eſt geometria. illa ſiquidem proprie eſt logicae.  
Neque rurſum geometria quæſtio illa eſt. utrū linea reſta ſit omniū  
pulcherrima. Nam h[oc] ad philosophiam expeſtat.

Intelligemus cuius artis propria ſit quæuis proposita quæſtio ſi ra- Regula  
tionem habere velimus huins præcepti, quod ex hoc loco colligitur. ad cognoscendū  
Præceptum verò ſic habet, cuius artis fuerit prædicatum quæſtionis Scendū  
eius erit propria quæſtio proposita. quare h[oc]a quæſtio. utrum figura cuius que  
circularis. contrarium habeat, logica quæſtio eſt, ſimiliter etiam de que artis  
cateris ferendum eſt iudicium. p[ro]pria ſit  
quæſtio. 1

Obſeruandum tamen hoc loco eſt illud in primis quod Arist. pro Prima ob-  
eodem uſurpat genus disciplinæ atque ſujectum. ſervatio.

Deinde genus aut ſujectum definit cuius affectiones & accide- Genus &  
tia quæ per ſe conueniunt demonstrantur. ſujectū. 2

Tertio cum inquit, quem admodum illud in quibusdam nō incom- Quid ſit  
mode ſiat paulo post dicemus. ſignificat Arist. aliquando contingere ſujectū ſub  
ut paſſiones quæ ſunt propria ſujecti vnius cuiuspiam disciplinæ de- aut gen.  
monſtentur de alterius artis ſujecto. quam rem hoc eodem capite 3  
paucis attingit atque etiam capite: xxiiij. huius libri.

Rurſum quoniam mētione mēdit Arist. earum artium, quarum Artes du-  
vna ſub altera collocatur, ſciendum eſt, ſuperiorem disciplinam quæ plici ge-  
ſub alternans dicitur rem traſtare ſimpliciter: inferiorem verò quæ nere eōti ſujectū ſub alternata appellatur rem ad opus referre. hac ratione comparan- nentur.  
tur philoſophia naturalis & medicina. Poſtremo cum inquit Arist. 4

ad geometriam non pertinet quod duo cubi vnum cubum facere poſt. Utrū duo ſunt. Arist. ſi philopono credimus, Platōnem reprehendit, qui ad geo. cubi vnu metram dixit pertinere eam quæſtionem quæ non eſt geometrica: efficiant ſed potius ſpectat ad eam disciplinam quæ corporum affectiones con- cubum.

fiderat. Eſt autem cubus ſolidum quoddam quod aequalibus lateribus quaqua versum conſtat. qualis eſt theſſara. quibus verbis inuita vete- rem historiam de cubo duplando ea ſi habet. cum delij p[ro]feſte labora- rent Apolinem quod conſulerent. Reſpōdit Apolo tum temporis vo- De cubo  
ti compotes delios fore cum aram cubicam duplarent: addiderunt duplādo: illi cubum cubo, at morbus ſeu ijt crudelius: conſulitur rurſum Apolo

N &

## Commentarius

*& causa inquiritur cur popularis morbus graſari non sineret. inquit Apolo delios non explesſe Apolinis praecepta. Consilij: inopes delij Platonem adeunt atque illi rem omnem exponunt: tum Plato ò delij, inquit, ignorata geometria & vos arguit Apolo. Questio em ergo statim auditoribus proponit hanc Apolonius pergeus demonstratione explicuisse fertur quam Philoponus tradit.*

Cæterum si demonstrationis propositiones sint de toto genere, illud perspicuum, oportere etiam, ut conclusiones huiusmodi demonstrationis, immo vero ( ut generaliter dicam ) omnis demonstrationis, sint sempiternæ.

3. Theor= Tertia conclusio demonstratio est conclusionis perpetuae hæc ita rema. probatur. Si demonstratio constat ex vniuersalibus perpetua est con Perpetua clusio demonstrationis, constat autem ex vniuersalibus demonstratio, est conclusio eius perpetua est. discursus legitimus est, maior est ve ergo demon stratio. rationam vniuersale est quod primo & per se est. quod autem tale est Syllogis- perpetuo conuenit. minor item vera est, nam demonstratio ex quin mus. ta conclusione constat ex his quæ sunt per se. Ex sexta conclusio ne constat ex proximis: quod inest per se & proxime seu primo vniuersale est ergo demonstratio constat ex vniuersalibus. quæ sunt etiam perpetuae.

Ob idque earum, quæ fluxa, & caduca sunt, nullam neque demonstrationem, neque scientiam, nisi forte incertam quadam, & quasi fortuitam, esse posse: nam quæ talia sunt, in omni dici non possunt, sed aut tē pote modo aliquo insunt, aut quadam ex parte conueniunt. Cum vero est huius generis ipsa res quæ concluditur, necesse est, ut minimum altera sumptionum, & de toto genere non sit, & caduca, atq; incerta sit. Ac illa quidē incerta, mutabilisq; futura est, eo qd talis est conclusio: de toto autē genere nō erit, quoniam necesse est, ut quædā sint in quibus dicatur, qnædam in quibus nō dicitur, quo sit, ut de toto genere cōclu di nō polsit, sed hoc tantū effici potest hoc, vel illo tempore ita esse.

Nona cō- clusio. Nona conclusio sic habet. demonstratio est eorum quæ nō inter- stratio eo rū est que nō inter- cēnt. hæc probatur ex superiori: Nam demonstratio est conclusionis perpetuae, perpetuū vero non potest interire aut corrumpi, ergo demonstratio est eorum quæ corrumpi nō possunt. infert Arist. rerum singu larium

## in caput septimum.

46

Larium nō esse demonstrationem primo atque per se, ratio est, quia vi- Rerū si cissim oriuntur & intereūt. Neq; singularibus insunt passiones quas gularum demonstramus per se primo. semper enim cum de his rebus est demon- nō est de stratio necesse est sumptionem alteram minorem videlicet, non esse monſtraz. vniuersalem. nihil autē prohibet demonstrationē esse singulariū per Singula- accidens, hoc est per aliud. nam de Socrate demonstramus natum ad ri- riū est de sum per hominem hoc modo omnis homo est natus ad risum, Socra- mōstratio tes est homo ergo Socrates est natus ad risum. hinc digreditur Arist. p aliud. & quadam similitudine probat definitionem esse eorum quæ perpe- Definitio tua sunt & nullo modo earum rerum quæ corrupi possunt cū inquit. perpetua est.

Quod autē in demonstrationibus dixi, idem indefinitionibus dico. Omnis enim definitio, aut est demonstrationis principiū aut ipsa demōstratio, nisi quod desideratur collocatio: aut demonstrationis est cōclusio.

Probat autē Arist. definitionem esse earū rerum quæ sunt perpetuae hoc syllogismo. Omnis definitio aut est principiū demonstrationis Syllogis- quod alio nomine mediū appellamus, aut est quæsitiū demonstrationis m... seu cōclusio eiusdē aut tādem sola positione & sicut à demonstratione differt. nihil autem horum corrupi potest, ergo definitio eorū est quæ corrumpi nō possunt. discursus legitimus est, minor aperte constat ex his quæ monstrabimus. maior in luteatione probatur. nam cum sit triplex genus definitionis testimonio Arist. lib. vi. topic. & c. j. lib. pri- Triplex mi de anima, quædam enim definitio sumitur à forma vel fine ut ira genus de est appetitus vindictæ. alia à materia ut ira est efferbescensia sanguini- finitiōis. nis circa cor, alia denique ex materia & forma, ut ira est efferbescensia sanguinis circa cor cupiditate vindictæ. Illa quidem quæ à for ma sumitur principium demonstrationis esse dicitur. quæ à materia conclusio, quæ ab uno roque, sola positione differt à demonstratione. nam indefinitione forma materiam antecedit, in huiusmodi definitionibus contracontingit.

Quanq; autē quædā sint, quæ plerunq; statisq; tantū fiunt temporibus ( qualis est lunæ defectio ) perspicuū tamen est, cū in iis vniuersum genus accipitur, nō minus certas & perpetuas esse, tū demonstrationes, tū sciētias quā in aliis: cū vero nō semper esse cōspiciuntur, tum in parte accipi quod autē indefinitiōe, idē in aliis eiusdē generis intellectū volo.

N ī His

## Commentarius

Diluit ob His verbis diluit Aristot. quandam dubitationem, Posset quic-  
iectionē. piā dicere falso ē omniō demonstrationem eorum ē debē-  
re quā pēpetua sūnt. Defectus enim luna. pēpetuus nō ēst, sed defi-  
nitis potiusq; certis rēporibus contingit eius tamen ēst demonstratio.  
respondeat Arist. deliquum bifariam accipi posse aut enim genus con-  
sideramus aut deliquia singula. singulorum deliquiorum demonstra-  
tio non ēst. at vērō vniuersi generis ēst demonstratio ut quod luna  
delinquat, idem quoque fit in cāteris quāe sunt huiusmodi.

Sed quoniam id iam satis constat, nunquam apte aliquid demon-  
strari, nisi propria cuiusque rei adhibeantur principia: illud profecto  
non erit satis ad rem sciendam, que propter se alteri conuenit, adhi-  
buīsse in probanda veras, demonstrabiles, immediasque prōpositio-  
nes. Illud enim cuenire potest. vt cum tales erunt sumptiones, nihilo  
minus tamen talis sit demonstratio, qualis erat brisonis, qua circulum  
quadrare conabatur, probatio. Nam sunt huiusmodi aliquāe rationes,  
quāe communia quādam, & alteri etiam non minus conuenientia, ad  
aliquid ostendendum accipiūt: ob idque ad res nullam omniō inter-  
se societatem, naturāque coniunctionem habentes, accommodari  
posse, tales rationes consipiuntur. quo fit, vt ex illis non possimus rem  
per se, & quia huius generis est, scire: sed tantum per accidens: alioqui  
non potuissent in aliud quoddam genus transferri. Hoc enim ēst per  
se, & non per accidens scire: quando aliquid eo modo alteri conueni-  
re intelligamus, quo illi conuenit, idque per principia, quāe sunt illi, quia  
illud ipsum est, propria. veluti habere tres angulos pares duobus rectis,  
tum scimus, quando illud, cui propter se conuenit intelligimus, atque  
adeo per principia, quāe ad illam rem proprie pertinent. Itaque si quid  
est quod per se alteri conueniat, & quia est illud ipsum quod ēst: ad il-  
lud demonstrandum, necesse erit verbum medium accipere ex earum  
rerum genere, quāe eandem habent cum illo naturā societatem.

**10. Con-**  
**clusio.** Quoniam Arist. paulo superius dixerat quādam ēst principia cō-  
Demon- munia multis artibus quādam vērō propria, & posset quispiā exsti-  
tatio nō mare communia principia in multis posse demonstrationibus colloca-  
pōt cōsta- ri. tradit Arist. decimam cōclusionem qua dubitationem propositam  
re ex pri- diluit ea sic habet. demonstratio non debet cōstare ex communibus  
cipijs com- principijs. Loquitur autem, de ea demonstratione in qua demonstra-  
mus,

## in caput septimum.

47

mus, primo atque per se passionem subiecto cōuenire, probat hanc sen-  
tentiam Arist. ea ratione quoniam rem aliquam scire per se est rem  
scire per propria. Obiter tamen Brisonem reprehendit qui existima-  
bar se inuenisse rationē qua monstraret circulum quadrari. Illa enim quadra-  
non ex proprijs principijs ducebatur sed potius ex cōmuni bus: & hoc tura.  
modo concluditur. In quibus ēst maius & minus in his quoq; ēst R.atio  
ēquale, omni autem circulo ēst quadratum maius & minus, quod hac  
figura depræhēditur, ergo omni circulo ēst ēquale quadratum. Prima  
enim sumptio huius demonstrationis ad omnes mathematicas disci-  
plinas pertinet. non ergo ex cōmuni bus fiet demonstratio, sed potius  
ex proprijs quemadmodum demonstratum ēst. hāc vērō sentētia ita  
temperanda ēst, nisi illa communia principia propria efficiantur eius  
rei que demonstratur, hoc modo, si aequalibus lineis aequales lineas Tempe-  
radimas, atque in cāteris simili modo. deinde fallit præceptum cum ar-  
mentum  
tes ipsæ ita comparantur inter se, vt vna sub altera collocata sit atq; precepti.  
existat. Nam tum temporis principia inferioris artis monstrari pos-  
sunt per principia, superioris disciplina. hoc depræhēdes in arithme-  
tica, & musica, geometria, & perspectiva. medicina, & philosophia  
naturæ quāe comparātur inter se vt superiora ad inferiora, in quibus  
inferior rem ēst dicit, superior vērō cur res sit. medicina enim verbi  
gratia accipit quatuor ēst elementa, cur autem ita sit physicus de-  
monstrar. hanc sententiam his verbis exprimit Arist.

Aut certe, quāe sic inter se affectae sint, quomodo Arithmeticam, mu-  
sica respicit. Quamquam enim in his, quāe ad hunc modum inter se  
affecta sunt, illam etiam in demonstrando rationem sequamur: illud ta-  
men interest, quod alterius scientiæ est, quod res sit ostēdere, eo quod  
est, illius aliud quoddam subiectum: superiori autem scientiæ (vt quāe  
in his rebus versatur, quarum hāc sunt proprie ac per se affectiones)  
est, quam obrem sit demonstrare. Quare & illud ex his perspicuum est,  
nihil vñquam bene, ac perfecte demonstrari, nisi ex proprijs prin-  
cipijs: sed tantum principia inferioris scientiæ, ad alia quāe aliquanto la-  
tius patent, pertinere.

Addit deinde Arist. undecimam cōclusionem quāe sic habet. nul-  
la ars potest demonstrare sua principia. hanc ita probat. omnis de-  
cluſio.  
N iij mōstra-

## Commentarius

Nulla monstratio constat ex principijs, principiorum vero nulla sunt principia potest p[ro]i[er]i ergo neque demonstratio. discursus legitimus est. & maior proba monstra= ta. cap. ij. minor vero probatur. tum ex definitione principioru cuius re sua pri nos sape numero mentionem fecimus, tum etiam quoniam si principia monstrari possent, esset nobis procedendum in infinitum atque ex consequenti nihil omnino scire possemus. siquidem ignoratis principijs casera ignorari necesse est. & infinita percurri animo non pos- sunt. hanc sententiam sic explicat Arist.

Atqui si illud certum est, & hoc quoque minimo negotio perspici potest, quod cuiusque scientiae principia propria, non possunt quasi ex aliis rursum principiis demonstrari.

12. Conclu-  
sio.  
*Aliqua* Duodecima conclusio, aliqua est ars communis quae demonstrat principia reliquarum artium. huiusmodi est prima philosophia quae est ars co vulgo metaphysica vocatur cuius principia amplissima sunt, & ceterarum disciplinarum principijs probandis possunt accommodari. Ut quodlibet est vel non est. h[oc] autem disciplina iudicio Arist. omnia est optima & praestantissima quoniam, omnimo primis causis vtritur. postremo tandem veluti in epilogum colligit quod initio huius sermonis dixerat, non commigrare demonstrationem ab unius genere in aliud nisi cum discipline inter se ita affectae sunt ut una sub altera collocetur vel una sit prima reliquarum. h[oc] omnia his verbis Arist. significat.

Alioqui illa, ex quibus haec confirmabuntur, omnium rerum principia esse, fatendum erit, & scientiam quae in his versabitur, omnium esse certissimam, facileque inter omnes principatum obtinere. Quo enim quisque ex superioribus causis cognoscit, eo rem multo certius intelligit: si quidem ea semper priora sunt, quae ita sunt causae, ut nullas praeterea causas habeant, quarum effecta sunt. Itaque si, ut quisque ex prioribus cognoscit, certius cognoscit: is certe, qui ex primis omnium rem nouerit, certissime nouerit. Et si est illa semper magis, ac magis scientia, haec omnium maxime scientia erit. Atqui non potest unius generis demonstratio in aliud genus transferri: nisi (quod paulo ante dictum est) perinde sint effectae, atque geometricae demonstrationes ad opticæ aut fabricæ demonstrationes. & Arithmeticæ ad Musicas,

## in capitulo octauum.

48

### ¶ Argumentum cap. octauum.

Arist. disputat in presenti capite de principijs, atq[ue] ea ipsa principia distinguit & separat. Verum ex his quæ paulo superius dixerat, demonstrationem inquam ex proprijs cōstatere debere colavit corolariū, illud est, quod difficile admodum est, intelligere utrum difficultate rei cōparauerimus an nō. huius rei illam rationē reddit quod intelligere ex proprijs fieri debet scientia rei cognoscere autem atq[ue] accipere utrum rem sciamus. hanc sententiam his verbis explicat.

### ¶ Caput octauum.

Facile autem nō est internoscere, quādō rei scientiā affecti sumus; & quādō minime: eo q[uod] non est, facile intelligere, an cognoscamus per propria cuiusq[ue] rei principia, an secus: cum tamē illud denāum sit, rem scire. Sed nos id sape ad rem sciendam satis existimamus, si modo ex veris, ac primis quibusdam sumptionibus consterat ratiocinatio: cum tamen multo secus res habeat. Necesse enim est, ut illa præterea, cum iis, quae in eo genere prima sunt, naturæ quadam coniunctione sint consociata.

Accepta hinc occasione differit de principijs atque ea initio definitum cum inquit.

Ego vero propria cuiusque generis principia appello quae quod sint demonstratione probari non possunt.

Quod tu intellige in eadem disciplina. nihil enim prohibet mōstra. Principia per principia superioris discipline si qua sit, quod fit ubi artes ipsæ, inde monstrabilia. & disciplinæ, ita inter se affecte sunt, ut una sub altera existat.

Nam quae sit verborum vis, ac significatio, tum principiorum, tum eorum, quae ex principiis efficiuntur, intelligendum est. quod vero ipsa sint principia citra demonstrationem ponitur: reliqua autem, demonstratione concluduntur. Veluti quid unitas, item quid rectum, & triangulum significant, statim initio accipiendum est. sed & unitatem, & magnitudinem esse, initio ponendum est: reliqua autem, esse demonstrantur.

N iiij His

## Commentarius

*His verbis ea repetit que primo capite atque etiam septimo dixerat: ob eam sane causam quod principia. inquit, non posse monstrari quod sint, id est, vera esse. Cum enim in omni demonstratione tria existant principia subiectum questionis, & attributum omnia sane hæc quid sint accipimus. subiectum vero & quid sit & esse, quod principijs quoque inest. demonstramus autem, attributum subiecto inesse. sed hanc rem latius sumus persecuti proximo capite. Principia duplia verò duplici genere continentur, quædam communia sunt, alia propria. illa pluribus artibus servire possunt. vt si ab æqualibus æqualia auferas quæ relinquuntur sunt æqualia. propria vni tantum arti accommodantur, vt si æqualibus lineis, æquales lineas addas, quæ efficiuntur lineaæ sunt æquales. communia principia ita tractanda sunt ac si essent propria. propria verò singularum demonstrationum sunt, subiectum, & attributum questionis. vt unitas Arithmeticæ, punctum geometriæ, hæc omnia Arist. significat cum ait.*

Sunt porro ex iis, quæ indemonstratiis scientiis usui esse possunt, alia singularum scientiarum propria, alia communia. Appello autem hoc loco communia propter similitudinem, perquam par ratione multis conuenire posse, cernuntur: nam illa cum ad demonstrandum adhibentur, tum iam ad naturam subiectam, traducta sunt. Ac propria quidem sunt, veluti lineaæ, aut recti definitio. Communia autem sunt, vt illud, verbi gratia: si ab æqualibus æqualia auferas, quæ relinquuntur erunt æqualia. quorum unumquodque, tum est ad demonstrandum accommodatum, cum ad certum quoddam genus traducitur. Eadem enim vim ad concludendum aliquid habebunt, licet non generaliter, sed in magnitudinibus tantum accipientur: aut verò, vt Arithmeticæ conueniant, in numeris. Ex iis verò, quæ sunt propria cuiusque scientiæ, ea sunt, quæ statim initio esse ponuntur, quorum in explicandis proprietatis, ipsa tota scientia cernitur. vt unitates esse arithmeticæ: lineaæ, & puncta geometræ, statim initio constituunt. Nam hæc non modo, quam vim habeant multo ante statudum est, sed etiam in rerum esse natura pro certo accipiendum. Horum autem propriæ affectiones ipse quidem, quid significant, statim initio explicatur, veluti in arithmeticæ, quid par appelletur, aut impar, aut quadratum, aut cubus: in geometriæ, quid hæc verba significant, ratione carens. cōfractum esse, concurrere.

## in caput octauum.

49

currere. At quod sint, subiectis quæ rebus conueniant, demonstratio ne ostenditur, adhibitis tum communibus pronuntiatis, tum demonstratis iam ante conclusionibus. Nec minus in astrologia idem illud sit, quam in geometria, aut arithmeticæ. Omnis enim scientia demonstrativa, tribus quasi momentis continetur. Horum duo sunt, quæ iam inde ab initio esse accipiuntur: genus scilicet subiectum, cuius proprietates ipsa scientia exquirit, & contemplatur: & communia, vt appellantur, pronuntiata, ex quibus primis demonstrationes conficiuntur. Tertium autem est, quo ipse proprietates continentur, quarum vis, & significatio à principio proponitur. Ac in quibusdam quidem scientijs non est virtuosum horum aliquid prætermittere: veluti si appertum, ac manifestum est, genus ipsum subiectum esse, non erit opus ab initio eius facere mentionem, vt quod ipsum in natura rerū sit, subiectum. Neque enim sunt omnia ex æquo manifesta: vt quod numerus sit, non tam clarum est, quam quod calidum, & frigidum. Item si significatio proprietatum ipsa per se intelligatur, illa à principio sine virtu prætermittetur. Nam ne communium quidem pronuntiatorum significatio explicatur, quando satis est per se manifesta: vt illud verbi gratia, quid significet æqualia ex æqualibus detrahere. Sunt tamen tria illa natura in omni scientia necessaria: res, de qua aliquid concluditur, illud ipsum quod inesse alteri ostenditur, & ipsa principia, ex quibus elicetur conclusio.

Dixerat Arist. in omni demonstratione, tria esse præintelligenda principium demonstrationis subiectum atque attributum questionis: deinde ponendum esse initio atque accipiendum principium esse, & quid sit passio, rursus subiectum esse, & quid sit. Quoniam verò posset quispiam existimare horum omnium peculiarem mentionem initio disciplinæ faciendam esse, dubitat in em à dimens inquit, non semper oportere, hæc omnia ponere principio sed tunc maxime cum hæc ipsa, quibus utendum est ad fidem faciendam conclusionis, aliquo modo obscura sunt. Nam cū illa, aut eorum quodpiam initio est perspectum est & manifestum, nihil opus est illud initio ponere. Rem exemplo probat, cum enim in naturali philosophia sensu constet quid sit callidum atq; frigidum, frustra ponemus quid sit vtrumq;

Repetit  
quædixerat.

No om-  
niū prin-  
cipiorū  
ficienda  
mentio.

O & G

## Commentarius

Et quod de subiecto dicimus accommodari etiam potest attributo questionis, & principijs demonstrationis.

Principiorū di- Postquam Aristote. principia distribuit in communia & pro- pria singula comparat inter se, atque inuicem distinguit. cuius sen- tientia ut facilius explicari & percipi posse paulo altius petita narra- tione de principijs disciplinarum nobis est differendum. Principia igitur quibus vti sclemus cum demonstramus, & quæ sumi- mus, ad questionem definiendam dupli genere continentur. que- dam fuerunt antea demonstrata quam in demonstratione colloca- rentur. Quædam minime. hæc aut monstrari possunt aut non pos- sunt. monstrari non possunt tria illa genera quorum mentionem supposi- fecit Aristote. capite secundo ea sunt, dignitates suppositiones sim- tio discē pliciter, & definitiones. Monstrari possunt, suppositio discen- tis & postularum. Suppositio discensis, est aliqua concessum ab eo qui dicit, & non demonstratur cum monstrari possit.

Postula tum. Postulatum verò est, principium aliquod incertum quod cum mon- strari possit, sumitur tamen sine demonstratione. hoc mon- strari solet aut separatim, aut monstrata conclusione de qua est controuersia. que antea demonstrata fuerunt aut propositiones

Proposi- tio. Propositio sunt, aut corolaria. propositio est, conclusio demonstrata, que cum ad actionem pertinet, problema dicitur. Cum autem ad in-

Proble- ma. Speciōne theorema, quemadmodum dictum est à nobis capite secundo. Postremò corolariū est quod sequitur ex cōclusione iam mō

Theore- ma. strata, sine demonstratione tamen colligitur. hoc aut sequitur ex problemate, aut ex theoremate. Rursum ipsa principia aut sola in

Corola- riumq;. demonstratione collocantur: aut coniuncta cum alijs. Per se ad- hibentur, ab Aristote. capite secundo cum demonstrat primum

theorema. iunguntur alijs quando adhibentur etiam ea que mon- strata sunt. Cum sola adhibentur aut integra adhibentur, vt sit in primo theoremate, aut per partes. His explanatis, facilius multo in- telligemus, qua ratione Aristote. principia distinguat. Primum autē omnium axiomata aut dignitates, & ceteris generibus principiorum discernit cum inquit.

Differunt

## in caput octauum.

50

Differunt autem plurimū suppositio, & postulatū, ab ijs prin- cipijs, quæ ipsa per se tantū habet fidem, vt sit necesse omnes ijs à sentire. Neque enim demonstratio, vt nec ipsa ratiocinatio, ad id pertinet, quod verbo, aut affirmatur, aut negatur, sed ab interiori re sensu vim habet, eumq; semper respicit. Nā quid est, quod verbo labefactari, refelliq; non queat? At si suam quisque mente in consulat, multa sunt quibus obſistere non possit.

Illud igitur discriminē versatur inter axiomata siue dignitates & Discri- reliqua genera principiorum, quod dignitates omnibus procul dubio men di- verā videntur. vt quodlibet est vel non est, totū est maius sua par- gnitatis te, de quolibet est, affirmatio vel negatio. Illa sanè ratio est cur & alio- axiomata dignitates vocentur, digna enim sunt huius modi princi- rū prin- pia quibus per se fidem habeamus. Cetera vero non est quidem ne- cessarium vt statim vera esse videantur. quin imò interdum opus est, aut exemplo aliquo, aut inductione, aut denique topico syllogis- mo ad ea explicanda.

Diluit statim obiectionem Arist. posset aliquis dicere conting- Diluit re aliquando vt dignitatibus obſistamus. hoc enim plarique nō mo- obiection do rudes artium, sed qui in numero philosophorum habitus sunt, olim nem. fecerunt. scribit enim Arist. fuisse quodam paulo ante suam etatē qui dicere, non esse de quolibet affirmationem, vel negatio- nem, quos ille philosophos lib. quarto de prima philosophia granissime reprehendit. Respondebat tamen in praesentia dubitari non posse, quosdam esse, qui dignitatibus resistant, id tamen inquit, eos facere oratione tantum, aut verbo tenus, non autem ex animi senten- tia. Nam conuincit animum auditum axioma, facitque, vt victi, manus demus veritati, & quidem ratio ad mentem refertur.

Est igitur eorum, quæ demonstratione quidem concludi pos- sunt, attamen citra demonstrationem quasi certa accipiuntur, duplex causa. Nam aut sumuntur, quæ à discipulo à probantur, quod illa vera existimet: tumq; suppositio est: non ea quidē, quæ simplici nomine suppositio appellari possit, sed quæ ex adiunctio- ne ad docendum illum, suppositio dicitur. Aut vero ea accipiun- tur, de quibus nihil certum habet, quod sentiat discipulus, vel etiam contra putat, quam accipitur: tumq; sit postulatum.

O ÿ Nam

## Commentarius

Nam hoc interpostulatum & suppositionē interest. Nihil enim aliud est, postulatum, quām quōd, aut repugnat sententiā eius qui docetur, aut, quum demonstratione confirmari possit, citra villam probationem accipitur.

His verbis Aristoteles explicat duo genera principiorum unum quod appellatur hypothesis aut suppositio, nō simpliciter quidem sed tio dicitur eius qui dicit. Quo nomine à superiori suppositione distinguitur: alius. terum principium vocatur lemma aut postulatum. Vt rānque conuenit, eo nomine, quōd monstrari potest: sed quoniam sumitur inter Quo nondum ad faciendam fidem rei dubiae principium dicitur. Differt suppositione cō positiō dissentis à postulato quōd illi ab auditore conceditur. Post aueniant latum verò, aut ignorat qui dicit aut falsum putat.

Discri- Deinde definitiones distingit Aristoteles. à suppositionibus tribus men de- modis primum quidem differunt, quoniam suppositio significat esse finitio aut non esse, vt cum dicimus, esse unitatem, aut esse triangulum. nis. Definitio verò non significat rem esse aut non esse, sed potius quid supposi- res sit ut unitas sit in diuiduum secundum quadratatem. Quo autem tionis. sensu accipiendum sit huiusmodi discrimen, explicatum est à nobis longa oratione cum huius libri secundum caput enarraremus: hanc sententiam his verbis reddit Aristoteles.

Definitiones igitur non sunt suppositiones: esse enim aut non esse quipiam non significant, omnes autem suppositiones propositiones sunt.

Secūdū Secundo differunt quōd definitio propositione nō est si quidem nō si discriminē significat esse aut non esse, quod est proprium propositionis, sed potius est simplex quedam animi perceptio sive intelligentia. Suppositio vero non est simplex notio sed potius in ea vnu alteri tribūimus, nisi velimus dicere cum singula verba proferuntur neque dicimus esse, aut non esse, fieri suppositionem: hoc explicat Aristoteles. cū inquit.

Deinde definitiones tantum, vt simplices quedam notiones animi, concipiuntur: illud verò nemo appellauerit suppositionē nisi idem velit, cū singulas res singulis verbis auditu percipimus, tū semper esse suppositionē, sed illae sunt suppositiones, finitiones, quibus positis elicitor cōclusio, quia illae sunt ante posita.

Occurrit

## in capitulo octauum.

51

Occurrit Aristoteles. deinde obiectio. Posset quipiam dicere falsum esse quod diximus suppositionem esse propositionem veram atque cōcessam. Nam sāpe numero ponit mathematicus quod falsum dilat, est, vt lineam rectam esse quae non sit, aut vnius pedis, quæ talis non existat, responderet tamen Aristoteles. nō hæc ponere mathematicos quod vera esse credant sed solum ex cōpli gratia, vt ex rebus singulis quas, oculis subiçimus vniuersas intelligamus ex quibus demonstrationes conficiuntur. hanc sententiam sic explicat Aristoteles.

Neque verò credendum est, falsas esse Geometrarum suppositiones, quemadmodum quibusdam videtur. Dicunt enim vi- tiosum esse, in probando falsis vti: Geometram autem falsum accipere, cum pedalem lineam ponit, quæ minimè pedalis est, aut rectam, quæ non est recta. At verò Geometræ conclusio non ex eo vim habet, quod talis sit, aut secus, quām profert linea, sed vis tota efficienda conclusionis est in ijs posita, quæ ijs, quasi signis, nobis intelligenda reliquuntur.

Tertiō differunt quod suppositio aut generalis est, aut specialis, vt omnem lineam esse rectam aut aliquam. definitio verò nihil horum est. Si quidem definitio unum significat & quodammodo in diuiduum. hanc rationem reddit Aristoteles. cum inquit.

Iam verò omnis suppositio aut de toto genere, aut in parte enuntiat, neutrum autem in definitione cernitur.

Subiungit Aristoteles.

Atque ideas quidem esse, aut communem aliquam naturam à rebus singulis separatam, vt demonstratio sit, non est necesse: sed illud tantum verum est, necessitatē esse, vt communis aliqua ratio sit, quæ in rebus singulis cohæreat. Nam si id non sit, ne vllum quidem genum vniuersum esse poterit: quo sublatō nullum medium ad sciendum accommodatum constare poterit. Ex quare nec demonstratio vlla relinquitur. Ex quo efficitur, vt sit bus vniuerselle communem quandam, ac minimè ambiguam esse naturam, quæ ita in multis cernatur, vt ab ijs seiuacta esse non possit. bus demonstratio.

Dixerat paulo superius demonstrationem atque scientiam communium atque vniuersalium rerum esse. hoc loco docet, quorum vniuersalium sit atque obiter refellit sententiam Platonis de ideis: ciatur.

O iij inquit

## Commentarius

inquit igitur, neq; sc̄iētā neq; dēmōstratiōnē idēatū esse quas Plato ponebat, re ipsa separatas atq; ab iūctas à rebus singulis vt per se hominē, vt per se animal, nulla enim necessitate cogimur ideas cōfiteri, vt dēmōstratiōnē cōficiamus & sc̄iētā cōparemus. sed satis est constitutere cōmune quādā rōnē cohārētē atq; cōiūcta cū rebus singulis, hominis v̄c, aut animalis aut persimiliū rerū, quā rōnē nos ipsi sola animi cogitatione separamus. & illa quidē necessaria est, quoniam individua, vnde communis illa ratio sumitur, semper quidem adſunt, quæ si corrumpentur omnino neq; scientia v̄lla eſſet neque dēmōstratiō fieri posſet si quidem corruptus primis ſubſtantij ſimiliter imposſibile eſt aliquid remanere. c. de ſubſtantia.

Hoc verò pronunciatum, affirmatio, & negatio non poſſunt in eadem re ſimul eſſe veræ: in nulla vñquam adhibetur dēmōstratione, niſi talis ſit cōclusio, in qua illud ipsum nominatim ostendendū ſit. Atq; in hunc modum erit illa dēmōstratiō confi- cienda, vt de medio dici affirmationē maioris extremi, nō etiam negationē, in propositione accipiatur. Nec multū interēt, an medij affirmatio, & negatio accipiatur, an non: quemadmodum nec minoris extremi. Nam ſi illa poſita ſit propositio, Omne hominem eſſe animal, non autem non animal: etiam ſi illud fortasse in non homine verū eſſe poſſit, atque adeo maneat vera propositio, accepta ſimul affirmatione, & negatione hominis: ſemper tamen ex illa propositione, illud quod eſt cōcludendum, efficie- tur, Calliam ſcilicet eſſe animal, non autē non animal: licet poſſit nō minus fortasse vera eſſe cōclusio, ſi negatio Calliae ſimul cum affirmatione acciperetur. Huius autē rei hæc eſt cauſa, quia maius extrellum, eſt illud ſolum, quod bis attribuitur: ſemel medio iterum minori extrellum: quoniā omnium patet latissimè. Quo- circa quod attinet ad conclusionē, nihil refert ſumaturne mediū affirmatum tantum, an verò ſimul affirmatum, & negatum.

Quoniā dixerat Arift. quædā eſſe principia cōmunia quæ accōmo- dari poſſūt omnibus artib⁹, ſunt autē hæc potiſimū duo, vñū negās alterum aſſerens, negās quidē, vt affirmatio & negatio nō poſſunt in eadē re ſimul eſſe veræ. aſſerens autē, vt de quo uis eſt affirmatio vel negatio, quā ratione illa poſſint accommodari dēmōstrationi atque eidem ſeruire docet in p̄ſentia exorsus à principio negante. Principio igitur negāte, de nullo verē dicūtur affirmatio atq; nega-

tio

## in caput octauum.

52

tio ſimul, vt ipſum in dēmōstratione categorica, aut ſimplici, vbi Princi- mōſtrare volumus aliquod prædicatiū ſubiectū cōuenire, & nullo pa- dio negātio eius cōtrariū. cū ſint autē tres termini dēmōstratione, maius ex te quan- tremū minus extrellum atq; medium. maius extrellum eiusmodi eſſe do- oportet vt verē cōcedatur medio, falſo illi adimitatur. quod euenit quā quomo- do illud eſt medio termino, amplius, ſit mediū homo maius extrellum do- vti animal. minus, Callias, ergo ſi quiſpiā neget Calliā eſſe animal quod poſſimus hac dēmōstratiōe colliguntur, homo eſt animal Callias eſt homo. ergo eſt animal, Sic vtemur principio, homo eſt animal & nō eſt nō ani- mal, Callias eſt homo, ergo eſt animal. maiore propoſitionē ita pro- babis verā eſſe de nullo ſimul verē dicūtur affirmatio et negatio. ani- mal & nō animal opponūtur ſicut affirmatio & negatio, ergo non poſſunt ſimul verē dici de homine, alterum ergo dicūtur, ſed non eſt non animal ergo eſt animal.

Cōtradictiō verò nō eſt addēda medio termino, neq; etiā minori extremo. nihil enim amplius feceris ea adiecta quā ſi nusquā addi- deris, nā eadē prorsus cōclusio colliguntur, in barbara aut dari: vt ſi di- cas, homo & nō homo eſt animal, aut, ergo Callias & nō Callias eſt animal. vtrunq; enim verū eſt hominē videlicet & nō hominē ani- mal eſſe. Rursum Calliā & nō Calliā eſſe animal, quare neceſſario addenda contra dictio eſt ad maius extrellum, quod ſit medio ge- neralius, ampliusq; & ſimiliter minori extremo.

Eſt & aliud pronūciatū. In quacūque re vera eſt affirmatio, aut negatio: quo nulla vtitur dēmōstratio, niſi quæ aduersariū vrgit incōmodo. Neq; verò illud ſemp ſicut generale eſt, ita vniuersē accipiendo eſt: ſed qua ratione aptū eſt ad aliquid dēmōstrandū. Aptū autē eſt cū ad certū quoddā genus, id inquā in quo ſingulæ versantur dēmōstrationes [quod etiā paulò antē dictū eſt] tradu- citur. Habent autē oēs ſcientiæ cōmunia quædā, quibus ipſa in- ter ſe cōmunicant. Non quod, aut ſubiectū in quo versantur, aut proprietates, quæ dēmonſtrantur, non ſemper ſint ſingularum propria: ſed pronunciata ipſa, quibus ad aliquid concludendum vtruntur, ea ſunt, quæ cōmunia eſſe poſſunt.

Secundum principium generale, & multarum artū cōmu- ne illud eſt, de quo uis eſt affirmatio, vel negatio, vt homo non ho- mo. ſedet non ſedet. huinfmodi principio vtimur in dēmōstratio-

## Commentarius

ne quæ ducit ad incommodum. Vulgo appellatur demonstratio quæ deducit aduersarium ad impossibile. Cum enim de syllogismis disputationem, imperfectorum ad perfectos referebamus huiusmodi, ad incommodum deductione: cum ita diceremus, syllogismus vitiosus est ergo sumptiores veræ sunt & conclusio falsa: hoc si verum est, quæ illi contra dicit propositio, vera erit, si quis hoc negaret facile conuinci posset huiusmodi principio, de quo vis est affirmatio vel negatio, sed affirmatio falsa est. v. g. ergo negatio est vera. quod de vñs huius principij in syllogismo diximus aptari etiam potest singulis sententijs quod facit Arist. saepe numero, verum non est quidem necessarium cum aduersarium vñgemus incommodo posteriore isto principio vñi qua ratione generale est, atque admodum commune, sed accommodato illi negotio quod tractamus, neque semper principij oportet meminisse.

Et quidem tametsi scientia ipsæ subiecto distingantur atq; etiā passionibus quæ monstrantur de subiecto nihil sanè prohibet principia habere communia per quæ passiones monstrantur de genere subiecto, quemadmodum paulo superius explicatum a nobis est.

Dialectica etiam cum omnibus scientijs communicat, & si qua est alia scientia generalis, quæ communia proloquia demonstrare contendat, qualia sunt hæc: De quacunque re vera est, aut affirmatio, aut negatio si paria ex paribus auferas, quæ restabunt, paria erunt, & huius generis alia: Dialectica porro non habet certas quasdam res, quas prober, nec in uno quodam genere subiecto versatur, alioqui non interrogaret. Nam qui demonstrare volunt, ijs non est petendum ab interrogatione: quandoquidem ex rebus contrarijs nunquam potest vna, eademque res demonstrari: quemadmodum in libris de ratione cinatione ostendimus.

Dialectica co*n*picijs communib<sup>s</sup> & generalib<sup>s</sup>, non vt illa sunt generalia sed potius qua ratione principia ipsa referuntur & traducuntur ad protractat prius aliquod genus, atque subiectum. posset rogare quispiam vñrū principia. aliqua disciplina sit quæ generalibus illis principijs vñatur, vt sunt generalia respondet Arist. esse huiusmodi aliquam facultatem, nempe

## In caput octauum.

53

nempe Dialecticam. nam Dialectica communib<sup>s</sup> principijs vñtetur & minimè ad peculiaria descendit. illa enim teste Arist. primo lib. Topi. de omnibus inquirit. & ad omnium methodorum seu artium principia, diam habet. quare generalia illa duo principia, de quouis est affirmatio vel negatio, & de nullo simul est affirmatio & negatio. & si qua sunt alia communia principia, vt si ab equalibus equalia demas. omnia pertinent ad ipsam Dialecticam. imò vero etiam Prima peculiaria principia omnium disciplinarum. idem quoque conuenit philosophia prima philosophie quæ metaphysica vulgo vocatur. hoc significat phia. Arist. cum ait, et si qua est alia scientia generalis, quæ communia proloquia demonstrare contendat. Si quidem prima philosophia, cuius subiectum ens est, cuius passiones atque affectiones contemplatur, atque demonstrat generalis scientia est, & veluti Princeps atq; Regina, omnium disciplinarum atque artium. proprium est enim huius scientia demonstrare, scientiarum atque artium principia. & in super eadem ipsa tueri atque defendere. si quando repugnat aduersarij, atque ex consequenti ad easdem pertinent & referuntur generalia principia. qua generalia sunt.

Interest tamen inter Dialecticam & ceteras disciplinas atque Disciplines quod Dialectica non habet proprium genus, neque aliqua proxima principia ex quibus rationes conficiat, cetera vero scientia dialectica que artes propria habent ex quibus ratiocinentur & colligant. huius rei signum est, quod Dialectica interrogat vt ex ijs quæ concedū rū quæ tur à respondentे colligit. si enim proprium aliquod haberet, non interrogaret. cetera vero scientia proprium subiectum habent, prostrat. prius quæstiones, proprias responsiones. imò vero cum certa ea sint in alijs disciplinis, principia, ex quibus syllogismi efficiendi sunt, interrogare super vacaneum est, quare illæ non interrogant, sed sumunt. vt Arist. docet cap. primo, lib. primi de priori analysi & cap. secundo, lib. primi de post. analysi. nunquam enim demonstratio, confici potuit ex contrarijs sed ex definitis ac certis quæ accipit is qui demonstrat non interrogat. hoc ergo discriminem existit inter Dialecticam, & ceteras scientias.

P Hoc

## Commentarius

Dialecticam hoc autem loco nomine Dialectica non significat Arift. logica sed quæ peculiari vocabulo Dialectica vocatur & est ab eo explicata in Topicis. quæ quidem nō propriæ scientia dicitur sed facultas potius more rhetorice, de qua prima questione preambulu ad quinque voces porphi. satis multa diximus, & dicemus fortasse plura initio commentariorum in Topicis.

Dialectici Quod autem vera scientia non sit Dialectica in de constat quæ verè niam cum scientiæ cuiusque proprium sit subiectum quo scientiæ scientia distinguntur, Dialectica, testimonio Aristo. hoc loco non est ullum non est. proprium subiectum.

- 1 Deinde quia nulla scientia interrogat: si quidem scientia per demonstrationem fit & non interrogat sed sumit qui demonstrat, at Cap. pri. qui Dialectica interrogat. nam propositio Dialectica est interrogatio contradictionis, ergo scientia non est ipsa Dialectica.  
2 Postremò scientia ex his procedit quæ per se sunt cap. 4. & 5. huius libri, at Dialectica ex his est, quæ apparent, non quæ per se sunt.

## Argumentum cap. noni.

Debet Arift. præsenti capite singulas scientias atque artes habere proprias interrogationes, respensiones, conclusiones, disputationes, atque instantias. deinde adducit quasdam dubitationes, de interrogationibus scientiarum quas soluit. postremò discrimen à signat inter disputationem Dialecticam, & scientiam demonstrativam.

## Caput nonum.

ATQVI si interrogatio, apta ad ratiocinationem conficiendam, idem est cum propositione, quæ est pars altera contradictionis: propositiones autem in singulis scientijs appellantur, ex quibus constat vnicuique scientiæ accommodata ratiocinatio.

## in caput nonum.

54

Scientia: erunt profectò lūx cuique scientiæ interrogations, ad res in quibus versantur, concludendas idoneæ.

Aristote. paulo superius illud assignauit discriminem inter Dialecticam & mathematicas disciplinas, quid Dialectica interrogat, scientiæ vero quæ vt unter demonstratione, non interrogant. Posset quispiam existimare in sciencij demonstratiuis, nullam esse propriam interrogationem hunc scrupulum ut Aristo. eximat annis decimum tertium theorema aut conclusionem traditæ scilicet.

Cuiusque scientiæ est propria interrogatio. hanc conclusionem 13. Theorem probat: cuiusque scientiæ sunt propria principia & propositiones ex quibus conficiuntur syllogismi in ea scientia, ergo cuiusque scientiæ est propria interrogatio cōsequētia bona est, si quidē interrogatio & propositio re idem sunt, ratione vero, aut vocabulo distinguuntur. nam interrogatio est cum inquiritur, propositio vero cum accipitur ad aliud colligendum. antecedens probatur ea ratione quæ est à nobis superius explicata cum doceremus singularium scientiarum principia quædam esse ex quibus efficiuntur conclusiones.

Vnde etiam perspicuum est, non temere omnem interrogationem Geometræ, aut medico, aut alteri cuiusvis conuenire. Sed sunt illæ demum Geometricæ interrogationes, ex quibus demonstrantur ea, quæ, aut propriæ ad Geometriam pertinent, aut verò à rebus Geometricis fidē accipere possunt: cuiusmodi sunt ea, in quibus versatur Optice: quod idem in alijs scientijs intelligendum. Ac de ijs quidem rebus in quibus ipsa versatur, ratio reddenda est ex Geometricis principijs, & conclusionibus de principijs verò nullam potest Geometra, hoc ipso quod Geometra est, rationem reddere. Atque in alijs scientijs eadem est ratio.

Ex superiori cōclusione colligit Arift. quatuor cōsecutaria quorum primum superioribus verbis explicatur, illud est, non omnis in cōsequētia interrogatio est propria Geometriæ aut medicina. ratio sic sumitur. viii. cuius vis scientiæ est propria interrogatio non omnis scientia est Geometrica, ergo neque omnis interrogatio. quin imò alia est propria Geometriæ. musica alia, alia medicina,

P ij Siquæ-

## Commentarius

**Qua-** Si querat aliquis qua ratione agnoscemus cuius scientie in terro-  
**ratiōne** gatio quæque sit huic duplex ratio reddi potest, interrogationem  
**interro-** explorandi, prima ratio sumitur ex attributo questionis. secunda  
**gatio a-** Verò ex principijs quibus colligitur. ad eam enim scientiam questionis  
**gnosci** pertinet ad quam expectat attributum questionis. quemadmodum alio  
**possit.** loco dictum est à nobis. illa etiam questionis Geometrica est. v.g. qua  
ex principijs Geometriae colligitur atque in ceteris simili modo. idē  
quoq; censendum est de ea interrogatione qua pertinet ad aliquam  
scientiam inferiorem. nam questionis perspectiva quam optice vocat.  
Aristot. Geometrica putari potest quoniam non solum colligitur  
ex principijs perspectivae sed etiā ex principijs Geometriae, sub qua  
collatur atque existit perspectiva. illud enim interest, inter Geo-  
metriam & perspectivam atque alias id genus scientias quod Geo-  
metra ex principijs Geometriae potest demonstrare principia disci-  
pline inferioris propria. Verò principia probare non potest, quia non  
habet principia alia per quæ prober, qua ratione Geometra est.

Neque igitur petenda est cuiuslibet rei ratio, à quo quis scientie,  
neque par est, ut ad quasvis interrogations vnuisque, qui ali-  
quam artem profitetur, respondeat: sed de ijs tantum ratio red-  
denda est, quæ propriè ad eam, quam quisque tenet scientiam,  
pertinent.

**Cōfēcta-** Secundum corolarium est. non omnis responsio est Geometrica  
**rūm.** propria. hoc probatur: qualis est interrogatio, talem oportet esse re-  
sponsione. non est autem omnis interrogatio Geometrica propria, ut  
ostensum est: ergo neque omnis responsio, quin immo ad questionem  
Geometricam ex principijs Geometriae respondendum est, & so-  
lum debet respondere Geometra: atque is unus rogari debet, quæ  
pertinent ad Geometriam.

Atque si ad hunc modum, cum Geometra quia Geometra est,  
quisquam differat, & ex huiusmodi interrogationsibus aliquid  
concludat, recte concludere videbitur: sin minus, non recte.

**Cōfēcta-** Tertium cōfēctarium. non omnis disputatio est propria Geome-  
**rūm.** triæ. ratio est, quia singularium scientiarum est propria interrogatio  
atque

## in caput nonum.

55  
arque etiam responsio, atque disputatio interrogatione constat &  
responsione.

Quin neque alia ratione redargui, neque cōuinci potest Geo-  
metra, nisi forte per accidens: itaque apud Geometriæ imperitos  
de Geometria non est differendum, eo quod, recte ne an perpe-  
ram disputetur, intelligi non possit: quod idem in alijs scientijs  
obseruandum.

**Quartū** Quartum corolarium. non omnis instantia est propria Geome-  
triæ. quin immo singularium scientiarum sunt propriæ redargutiones cōfēcta-  
atque instantiæ sumptæ ex principijs ipsarum disciplinarum. rūm.

Existit autem hoc loco questionis, an sic uiri sunt aliqua Geome-  
triae interrogations, ita sint aliqua non Geometricæ, ita, ut ille  
potius Geometricæ sint, quæ à certa quadam ignorantie nascitr-  
tur, ea in quam ignorantie, quæ oritur ex depravata intelligentia,  
eorum, quæ propriè ad aliquam scientiam pertinent?

Monstrauit hactenus Arist. inesse in singulis scientijs peculia- Cur de  
res quasdam interrogations, responsiones, disputationes, atque ignoran-  
instantias, nunc docere cupit esse etiam proprias deceptions atque tia disse-  
ignorarijas, ut melius atque exactius cetera intelligantur. nam cō- rat.  
traria ex contrarijs faciliter cognoscuntur. alia quoque ratio est, ut Capit. 3.  
discamus vitare quæ falsa sunt. Nam sāpe numero veri specie deci- lib. 1. rhe-  
pimur. adducit igitur in presentia Aristo. tres questiones. primam tor. ad  
explicat superioribus verbis. ea est vtrum sint aliqua interrogatio- theod.  
nes non Geometricæ quemadmodum diximus esse quasdam Geo-  
metricas. Secunda questionis est, quæ nam questionis sit non Geometrica,  
nunquid ea quæ procedit ex prava cognitione principiorum Geo-  
metriæ, an quæ omnino est non Geometrica. & idem sane rogari  
potest in ceteris omnibus disciplinis atque artibus. Tertia questionis  
est, vtrum sit syllogismus ignorantiae, in unaquaq; scientia ille qui  
sit ex oppositis principijs atque in materia peccat an potius paralo-  
gismus qui peccat in forma. hanc verò tertiam questionem Aristo.  
significat cum inquit.

Alia etiam questionis est, vtra ratiocinatio inscientiam potissi-  
mum efficiat, ea ne cuius sumptiones contrariae sunt ijs, ex quibus

P. ij. resi

## Commentarius

rei comparatur scientia: an quæ vitiosa est, & fallax ratiocinatio, de re tamen Geometrica.

*Propositas tres istas quæstiones diluit Aristoteles. Et quidem duas priores eiusdem fere verbis. Nam soluit secundam quæstionem sub qua prima complexa est. hoc facit cum inquit.*

Est igitur ea interrogatio non Geometrica, quæ ad aliam pertinet scientiam [cuius generis est Musica, verbi gratia, interrogatio] atque adeo omni ex parte est à Geometria aliena: illa autem, parallelas posse concurrere, est ex parte aliqua Geometrica, ex altera autem uon Geometrica. Hoc enim verbum, Non Geometricum: dupliciter accipitur, sicuti & illud, Non numerosum. Una quidem significatione dicitur, Nō Geometricum, quod nil planè à geometria habet: ut nō numerosum, quod omnino aliud est à numero. Altera autem significatione dicitur utrūque, quod habet quidem à suo genere aliquid, sed vitiosum, ac corruptum.

*Distinctio ergo adhibita duas priores quæstiones soluit, non Geometricum (inquit) duobus modis dicitur, primum quidem quod omnino alienum est à Geometria. deinde ex principijs Geometriæ*

*Solutio priores duasque quæstiones. Soluit procedit perperam intellectus. rem à simili probat, ut non numerosum, illud dicitur quod omnino non sonat, & præterea quod tametsi sonet inconcine sonat. ergo interrogatio non Geometrica aliqua est sane. Et ea est duplex, est enim non Geometrica ea quæ ad alias pertinet disciplinam, ut Musica. est etiam non Geometrica interrogatio quæ ex principijs efficitur Geometriæ, non recte intellectis, ut lineas parallelas concurrere. hæc autem interrogatio non Geometrica eadem est sane cum ignorantie Geometriæ.*

Atque etiam illa verè inscientia existimāda est, quæ orta ex contrarijs principijs, scientia aduersatur. Nā in doctrinis, ac disciplinis nō perinde, atq; in disputationibus, locū habere solēt vitiosæ illæ, & fallaces ratiocinationes. Causa autē est, quod verbū mediū ita ferēbis accipi solet, ut de illo maius extremū vniuersè enunciantur, ipsum autem de minori, etiam vniuersè, nec vñquam attribu-

*Solutio tertiam. Soluit to, vniuersi generis nota præponitur.*

*His verbis tertiam quæstionem soluit Aristoteles. quoniam verò ut quæstio in libris Elenchorum inquit deceptio bifariam contingit, in dictio-*

## in caput nonum.

36

*ne videlicet atque extra dictiōnem, demonstrat in præsentia in scientiis demonstratiis, neque in dictione neque extradictionem paralogismum fieri. id est, ratiocinationem apparentem secundum formam. sed dum taxat contingere deceptionem ratione materiae. rem probat hac ratione. tunc seruatur forma syllogistica cum medius terminus de omni minori extremo prædicatur, & maius extrellum de omni medio dicitur, sed ita fit in disciplina demonstrativa, ergo nunquam in eadem contingit paralogismus. discursus legitimus est, maior inde constat quia cum in syllogismo de omni dicitur, nullum vicium adest, quod formam corrumpat syllogismi, ut capite primo libri primi de priori resolutione monstratum est. Minor etiam constat, quoniam demonstratio potissimum efficitur in primo modo primæ figure, ut docet Aristoteles ex terminis paribus. loquitur autem Aristoteles de demonstrationibus mathematicis quæ omnium optimæ sunt. Et præstantissima, quod ubi fit, procul dubio seruatur forma, quam explicuimus. Quoniam vero potuisse deceptio contingere si prædicatum nota vniuersa afficeretur, hanc calumniam occasionem adimens Aristoteles. (inquit) nunquam addi vniuersum significum, attributo aut prædicato quod etiam præceperat in libro de interpretatione alias propositione nunquam vera erit.*

*Disputationes appellat illas quæ de Dialectica haberi solent, quæ fallaces esse possunt, & vitiosæ, id est peccare informa.*

Haec autem verba, præter id, quod sic disponuntur, etiam minimo negotio quasi oculis mentis perspicuntur, quomodo accipientur: quod ferè inter disputandum intertum, obscurumq; esse solet. Veluti si quis roget, sine omnis circulus forma quædam? id nullam ambiguitatem habebit, si iam ante depicto aliquo circulo id queratur. Tum verò si illud subtiliatur, an non versus sunt, qui circuli nomine appellantur? id iam apertissimum erit omnino falsum esse.

*Arrepta occasione ex superiori capite, demonstrat Aristoteles. quinque argumentis disputationem Dialecticam diversam esse à scientiis demonstratiis. primum tractat superioribus verbis. Et ita ex- plicatur,*

## Commentarius

diuersa plicatur, in scientijs demonstratiuis non potest fieri fallacia verbo-  
est à de- rum, fit autem in disputationibus Dialecticis, ergo diuersa est di-  
monstrā sputatio Dialectica à scientijs demonstratiuis. nota est cōsequētia an-  
tibus scie te cedens autem probo, in primis vero maiorem propositionē, nam  
tijs.

**Ratio.** propositiones demonstratiuae sunt de omni & per se, quemadmodū  
monstratum est ab Aristote. paulò superius ergo decipi in verbis, qui-  
bus vtimur cum demonstramus nulla ratione possimus. minor prob-  
batur. nam si quis disputet hac ratione, omnis circulus est figura.  
quoddam poëma circulus est, ergo quoddam poëma est figura, in ver-  
bis decipitur, existimat enim nomen circulus eadem ratione dici de  
globo, & præterea de poëmate. cum diuersa ratione dicatur, atque  
hinc deceptio ortum habet. Demonstrator vero cum rem oculis su-  
biciat, & planè intelligat circulum esse quandam figuram quæ, ut  
inquit Cicero, paribus à medio radijs attingitur, nunquam existi-  
mabit poëma esse circulum, neque enim circuli finitio illi conuenit.

**Quæ car-**mina cir-  
culis di-  
cantur. Sunt qui dicant vniuersam poësim Homeri appellari ab Aristote.  
hoc loco circulum. errant tamen nam his verbis solum significantur  
quædam carmina ab Homero scripta quæ in Homeri vita Herodo-  
cantur. inquit ab Homero demidaphrygum rege conscripta esse. quæ la-  
tinè redditæ, sic habent.

Aetherea virgo sum, midæ autem in sepulchro Iaceo,  
Donec aqua natauerint. & arbores longæ floruerint  
Sol autem ascendens niteat, & lucida luna.  
Illic autem manens lachrimoso in sepulchro

Nuntio accendentibus quod midas hic sepultus est.

Greca illa carmina nomen circuli meruerunt, quod recte con-  
stent tamet si in circulum agantur, vnde cunque caperis legere. sunt  
qui circularia quoque carmina ea appellant quæ si integra legantur  
in laudem referuntur, si vero ordine mutato ad ducus pertinent,  
huiusmodi sunt hæc.

Laus tua, non tua fraus, virtus non copia rerum  
Scandere te fecit hoc decus eximium.  
Sic tua conditio stabilis, non tempore paruo

Vniuers

## in caput nonum.

57

Vniuer te faciat, hic Deus omnipotens.

Mihi tamen prius illud carminis genus solum videtur significatum  
fuisse ab antiquis hominibus circuli vocabulo.

Nam sic est huic assumptioni, alijsque huius generis mathema-  
ticis propositionibus occurendum, vt vniuersa sit propositione,  
quam opponimus, non autem singularis, & ad inductionem fa-  
ciendam apta. Vt enim propositione non est habenda, quæ non in  
multis dicitur, imò veò in toto genere, nam ex vniuersis proposi-  
tionibus constat ratiocinatio, ita nec oppositio. Eadem enim sunt  
propositiones, & oppositiones, quādoquidem nil opponi pos-  
sit, quod propositione, aut Dialectica, aut demonstrativa statim  
non fiat.

**His verbis assignat Arist. secundum discriminem inter scientiam Secundū  
demonstratiuam & dialecticam disputationem. illud est, instantia discrimē  
contra propositiones demonstrantes sunt vniuersales. instantiae ve  
rò contra propositionem Dialecticam sunt particulares. exemplō  
res constat, nam ad hanc propositionem Dialecticam, omnes ado-  
lescentes sunt proclives ad libidinem, aut omnis mater diligit suos  
liberos, satis est adducere Specialem instantiam. ut ostendamus fal-  
sam esse, & potest quidem accidere vt una eius pars falsa sit, ubi ca-  
teræ sint veræ: cum non sit propositione de omni. fieri autem non po-  
test ut quispiam peculiarem instantiam adducat, aduersus propo-  
sitionem demonstrantem cum sit de omni & per se: nam qualis est  
propositio, talis est instantia. cum instantia sit propositione proposi-  
ti contraria, & ex instantia efficitur propositione, cum illam sumimus  
est, ad refellendam alienam sententiam. quare cū propositione demonstrativa talis est  
tua sit de omni, erit quoq; instantia demonstrativa de omni. si quis etiam in  
enim velit demonstratiuam instantiam adducere ad hanc propositi-  
onem omne carmen est circulus, illam sane adducet, nullum carmen  
est circulus. atque ita colligit nullum carmen figura est, omnis cir-  
culus figura est. ergo nullum carmen est circulus. in primo modo se-  
cunda figura. quare difert instantia demonstrativa à Dialectica.  
atque ex consequenti scientia demonstrativa diuersa est à disputatione Dialectica.**

Q. Accidit

## Commentarius

Accidit autem interdum vitiosa, & fallaci ratiocinatione alii quid concludi, quando medium accipitur, quod est consequens utriusque extremi: qualis est illa Cœnei captio, qua ostendebat ignem gigni per proportionem multiplicatam: ignis enim, inquit, subito gignitur: quod autem per multiplicatam proportionem fit, subito gignitur. At qui hoc modo nil necessario efficitur: sed sunt ita accipiendæ sumptiones, ut omne id, quod citissima quadam ratione oritur, in multiplicata proportione gigni proponatur, tum inde assumatur, ignem citissima quadam ratione nasci. Interdum enim nil ex ijs, quæ illo modo sumpta sunt, concludi potest: interdum vero potest, sed id non apparet.

*Tertium discrimen* His verbis innuit tertium discrimen inter disputationem Dialecticam & scientiam demonstrativa, illud est in scientijs demonstratiuis non potest fieri syllogismus peccans in forma. in disputationibus autem Dialecticis optimè fieri potest. Prioris partis huius sententiae redditia ratio est ab Aristotele. paulo superius. atque etiam explicata à nobis eodem loco. posteriorem vero partem exemplo probat Aristoteles.

*Cœneus sophista* Cœnei sophistæ qui ex utraque propositione affirmante in secunda figura probabat: ignem gigni in multiplici proportione, hac ratione omne quod fit in multiplici proportione celerrime gignitur, ignis celerrime gignitur. ergo fit in multiplici proportione. hæc enim ratiocinatio si formam spectet, vitiosa est. nam in secunda figura nihil colligitur ex utraq; propositione afferente ille vero existimabat legitimam esse consecutionem gratia formæ, deceptus tamen est, nam potius consequuta est conclusio ratione materiae, quod termini in qua pars essent quos ille accepit ad conficiendum syllogismum, quam propter formam & dispositionem propositionum, ubiunque enim termini conuertuntur in secunda figura affirmata colligitur conclusio. quando vero, impares sunt termini, minimè id accidit. debuit ergo Cœneus ita colligere, & vicium sane vitaret, quod in syllogismo admissum est, omne quod celerrime gignitur in multiplici proportione fit, ignis celerrime gignitur (est enim eius transmutationi miscita arque velox) ergo ignis fit in multiplici proportione.

Quod si non posset ex falsis verum concludi, facile esset, in suas causas

## in caput nonum.

58

causas conclusionem quanque dissoluere: quandoquidem retro cōmeare, ac reciprocari illa inter se necesse esset. Esto enim à verū: & hoc vero posito, sint vera ea, quæ ego certò scio, esse vera, quæ sint b, cui quæso tum dubiū erit, quin haec talia sint, ex quibus illud a, demonstrandum sit? Atque in disciplinis quidem vix, ac ne vix quidem evenire potest, vt non ea reciprocentur, quæ assumuntur, propterea quod non accidentia, quæ etiā in re ab ijs sermonibus, qui in disputatione, ac dialogo continentur, ipsæ disciplines differunt, sed definitiones ad docendum unumquodque adhibentur.

*Hoc loco tangit quartum discrimen illud est, quod demonstratio facile resoluti potest in sua principia disputatione vero Dialectica discrimen minimè. ratio huius rei ea est, primù quoniam principia scientie demonstrationis vera sunt, certa & necessaria, hæc autem accipere non est difficile. at vero in disputationibus Dialecticis vera conclusio non tantum colligitur ex veris sed etiam ex falsis, difficile. ergo est intellegere, utrum ex veris, an ex falsis colligeta sit. altera ratio est, quoniam principia scientie demonstratiue per se sunt, & non ex accidenti, hæc autem finita & certa sunt. Principia vero conclusionis dialectica sunt infinita, cum sint accidentia, & præterea talia sunt, quæ apparent respondenti. colligit enim dialecticus ex probabilitibus.*

*Arist. dialogum appellat facultatem differendi, quoniam probabilita consuetatur, nam in dialogis aut familiaribus colloquijs tantum agi solet rationibus probabilitibus quas populares licet appellare. delicatores enim rationes aut non inventant crassiores vulgi animos, aut non harent. testis est Arist. cap. 3. lib. Topi.*

Solēt autem disciplinæ singulæ progrediētes, incremetū hoc modo capere, & quasi in lōgijs produci, vt nō multa cōgerat ad vñā rē demōstratiā argumēta, sed aut in directū excurrentes, alia ex alijs docēt, veluti ex a, ipsum b, tū ex b, ipsum c, deinde ex c, ipsum d. Eo deinde modo ex superioribus inferiora, vel in infinitū usq; de monstrādo. Aut in obliquū procedētes, quæ ex eodē sunt ordine, demōstrati: veluti a, de c, & de e. A c sit qđē a numerus tatus, aut in finitus b, autē numerus impar tatus c, vero numerus ipse impar, ex ijs igitur cōstat a, de c, demōstrari. Itē sit numerus par tatus d, par ipse numerus e, concludi gitur etiam a, de e, manifestum est.

Q ij His

*Quartus*  
discrimen  
Prima ratio.

2

## Commentarius

**Quintū** His verbis tradit postremum discrimen Arist. illud est, quod discrimē sputatio Dialectica alio modo augetur quam disciplina ipsa, hoc est scientie demonstratiæ. ratio est quoniam ad inferendam eandem conclusionem Dialecticam, multa media congeri possunt, quæ inter se connexa non sint, neque unum pendeat ex altero. quandoque dem conclusio non colligitur ex his quæ sunt per se: sed ex his quæ sunt ex accidenti. Hæc enim propositio homo est animal, per multa media colligitur. nam per medium currit, disputat legit. & cetera, in scientia vero demonstrativa contra contingit, quanquam enim per media augeri non possit quoniam unius conclusionis unum tantum medium est, ut unius passionis quæ demonstratur de subiecto una definitio per quam demonstratur: augmentur tamen demonstrationes bipartiam primum sumendo medium sub medio, ut sub a,b. sub b,c. atque ita in infinitum si infinita reperiarentur, antea quam ad primum contendamus. ut, si quis dicat, omne corpus substantia, omne animatum corpus, omne animal animatum omnis homo animal Socrates est homo, ergo est substantia. & hæc ratio augendi demonstrationem tendit in rectum. Secundo modo augmentur demonstrationes in latus. hoc contingit quoties demonstramus easdem passiones de pluribus formis, ut habere tres angulos pares duobus rebus, de æqui latero æqui cruro, & gradario. adhibet exemplum huius rei Arist. dicens sit a, maius extrellum & significet numerum simpliciter, b, autem medium sit numerus impar, c, minus extrellum, sit species quedam numeri imparis, tunc circa fieri demonstratio omne b, est a, omne c, est b, ergo omne c, est a, hæc demonstratio augeri potest in latus si demonstremus a, de formis comprehensis sub c.

### Argumentum cap. decimi.

**H**AECENUS Arist. explicuit ea quæ pertinent ad explanandam naturam demonstrationis propter quid hoc est quæ procedit ex primis causis, nunc vero docet quale sit alterum genus demonstrandi:

### in caput octauum.

59

strandī quod appellatur demonstratio quia est, quo genere naturales philosophi atque etiam morum magistri frequenter uti solent. quæ autem sit natura huius demonstrationis ostendit Arist. sumpro argument ab utriusque generis demonstrandi disimilitudine.

### Caput decimum.

**D**ifferunt multis modis inter se, scire quod res sit, & quomodo sit. Ac primum in eadem scientia: idq; bifariam. Unus modus est, si ad concludendum non adhibeantur immediatae propositiones, neque enim tum prima causa accipitur. Scire autem, cur res sit, nil est, quam primam cuiusq; rei causam nosse.

*In initio huius capituli Arist. discriminat signat inter demonstrationem propter quid, & quia in eadem scientia. discriminat autem duplex duplex est: primum explicatur ab Arist. superioribus verbis. illud discriminat signat. differunt demonstratio quia & propter quid ubi utraque est in eadem scientia & de eodem subiecto, quod demonstratio propter quid fit per primas atque in mediatas causas, demonstratio autem quia est, procedit ex causis sed non primis. ratio est, inquit Arist. quoniam scire cur res sit, est primam cuiusque rei causam cognoscere. non assignat Arist. praesenti loco exemplum huius rei, sed statim explicat secundum discriminat inter utrumque genus demonstrationis quo ex planato duplique exemplo illustrato prioris differentiae exempla subducit.*

Alius modus est, cum immediatae quidem sumuntur propositiones, at non ex causa ostenditur effectus, sed contra hic, quia ut inter ea, quæ retro commeniant est notius, pro medio accipitur. Nam inter ea, quæ reciprocantur, fieri interdum potest, ut id notius sit, quod non est causa: quare & ad demonstrandum non incommodo illud assumetur. Ut si proberetur, verbi causa, planetas proprius à terra moueri; quia non micat. Itaque sint errantes stellæ, c, nullis micare radijs, b; prope esse à nobis, a. Vera est quidem assumptio, Omne, c, est, b. Errantes enim stellæ nullis radijs micant: sed & propositio vera, Omne, b, est, a. Nam quod nullis micat radijs, prope est à nobis: quemadmodum inductione, vel ipso

*Q. ij sensu.*

## Commentarius

sensu iam potuit esse manifestū. Illud igitur necessario efficiet, Omne, c, esse a, atque ita demonstratum erit, proprius à terra moueri stellas errantes: quæ demonstratio non cur ita sit, ostendit, sed tantum quod ita sit. Non enim quia micant, prope sunt, sed contra, quia prope sunt à terra, propterea nō micant. Ob eamque causam si contra ex altero alterum proberetur, fiet demonstratio, cur res sit ostendens, hoc modo: Sint stellæ errantes c, prope esse b, non micare a. Et b, igitur ipsi c, inest, & a, ipsi b, quod est non micare conuenit: quare & a, ipsi c, conuenire necesse erit: atque ita necesse, ut etiā cur ita sit, hac probatione sit ostensum, prima enim huius rei causa accepta est. Similis est huic etiam illa demonstratio, qua rotundam esse Lunam ostenditur per luminis accretionem. Nam quod in rotundam semper formam accrescit, rotundū est: Luna autem in hunc semper modum accrescit, rotunda igitur. Atque hæc quidem ratiocinatio, quod sit res ostendit: at si econversò medium statuatur, tum quamobrem res sit docebitur. Nō est enim huiusmodi luminis accretio, causa cur globosa sit Luna, sed contra quia globosa est, huiusmodi semper luminis accessiones capere conspicitur. Sit igitur Luna, c, rotundum, b, luminis accretio, a. Quando autem non reciprocantur cū extremis media, atq; illud euenit, ut sit manifestior effectus, quām causa: tū quod res sit demonstrari potest, cur sit non potest.

*Secundū scientia quod licet utrumque genus ex in mediatis propositionibus discrimēt* Differunt ergo secundo huiusmodi demonstrationes in eadem procedat, demonstratio propter quid, ex primis atque immediatis causis procedit, demonstratio vero quia est, ex effectis, quæ immediate causam consequuntur. atque ideo illam inferunt, cum qua etiam conuertuntur, hæc autem effecta, ex quibus demonstratio quia est procedit, tametsi priora atque notiora sint conclusione, notiora simpliciter non sunt. hoc est secundū naturam, sed nobis duntaxat, qui cum sensibus utamur effecta priusquam causas agnoscimus.

*Obiectio* Quoniā vero posset aliquis dubitare, quo nam pacto effecta notiora sint quam causæ unde ortum habet, dubitationem nostris animis eximit, dicens nihil prohibere, imò vero frequenter ita contingere, ut ex duabus quæ reciprocantur, & paria sunt illud nobis perspectius

## in caput decimum.

60

Spec̄tus sit atque notius quod effectum est, quod ubi contingit re. Et quidem facimus, cum id quod notius est ad demonstrandum quod est minus notum accipimus. hoc est effectum ad demonstrandam causam. hanc rem dupli exemplo confirmat, primum ita explicatur. Omne, b, est, a, omne, c, est, b, ergo omne, c, est, a, id est, omne quod non scintilat est propè nos, planetæ non scintilant. ergo planetæ sunt propenos. in qua quidem demonstratione, ut constat, per effectum causam demonstramus. nam non micare radijs aut non scintilare quod idem est, non est causa cur planetæ sint, prope nos, sed effectum potius. & est quidem nobis notius. quoniam per sensum accipimus huius rei fidem.

Est autem demonstratio confecta in primo modo prime fit. Demon guræ, nam ea propositio, non scintilans est prope nos, atque etiam stratio illa altera, planetæ non scintilant, affirmativa est. est enim huic affirmativa equalis non scintilans est prope nos. & planetæ sunt non scintilantes.

Sumptum est autem exemplum ex perspectiva, illa enim rationem reddit huius questionis cur planetæ non scintilent. hoc est perspectiva radios suos oculis inconstanter figant. Sidera vero, fixa radijs sumptu miscent. Quod Serena nō ētē deprehendimus. hoc accedit quo- exemplū. niam fixa sidera quæ infirmamēnto existunt procul à nobis ab sunt. planetæ vero ad sunt prope, ut enim perspectiva docet quanto longius ab sunt quæ videntur, tanto tenuiores radios ad oculos in tuentium mittunt. hinc fit ut quæ ab sunt longissime, te- mitter oculis a tingantur & in constanter feriant oculos. & palpitatio quadam accidat. Si vero rem proprius expectemus radij potentius oculos feriunt, & firmius ad herescunt. & nulla tandem emicatio radiorum consequitur. Quanquam hæc ipsa titillatio frequensque motus interdum euenit, ex præstantia rei quæ videtur. id quod sol ostendit.

Sed quoniā Aristotel. mens est ut est à nobis superius demonstratum potissimum tradere modum conficiendi demon strationem

## Commentarius

*Cur do- strationem propter quid. nam eius gratia differit de demonstratio-  
cet ratio ne quia est, docet viam & rationem referendi huiusmodi demon-  
nem re- strationes, quæ ab effectu ad causam proficiuntur ad demonstra-  
ferendi tiones quæ causam, stendunt. cum autem effectus dupli genere  
demon- contineatur, est enim quidam æqualis causa, alius vero aut minus  
stratis communis aut amplior quam causa, non semper ex demonstratione  
nè quia. quia est, quæ procedit ab effectu licet efficere demonstrationem pro  
Effectus præter quid, sed solum cum effectum & causa æqualia sunt, retro com-  
plex. mptant, & reciprocantur quod quia contingit in ea demonstratio-  
Quando ne qua ab effectu procedit, qua vñus est Arist. paulo superiorius, ratio-  
ex demō nem docet efficiendi ex eadem, demonstrationem propter quid. hoc  
stratiō fit conuersa maiori propositione simpliciter, in qua subiectū effectū  
quia fie- dicit, attributū vero causam, & ceteris dispositiis in terra naturā pri-  
ri posse mæ figuræ hoc pacto, omne quod est propè nos non scintilit, planetæ  
propter sunt propè nos. ergo planetæ nō scintilant. conuersa enim maiorī pro-  
quid. positione, causa quæ erat maius extrellum medium efficitur.*

*Questio Dicit aliquis cur solum ex demonstratione quia est in qua ex ef-  
solvitur felto causam colligimus licet facere demonstrationem propter quid  
cum causa atque effectum reciprocantur? huius rei ea ratio est quo-  
nam cum sit huiusmodi deducitio oportet simpliciter conuertere ma-  
iorem propositionem, ea procul dubio falsa efficitur, si eius subiectū  
atque attributum non conuertantur. ut si quis dicat, omne quod pro-  
greditur sentit, homo autem progreditur. ergo sentit. si conuertas  
maiorem propositionem, falsam illā redde. non enim, omne quod  
sentit progreditur. nam multa animalia scopolis viuunt affixa: non  
contentus uno exemplo huius rei, Arist. secundum ad fert, atque  
ita inquit. quod si quispiam demonstraret lunam esse globosam quo-  
nam dum illustratur lumine crescit in formam rotundam, dicetur  
vñus fuisse demonstratione quia est, quæ ab effectu ad causam pro-  
cedit, hoc modo: omne quod crescit informam rotundam dum illus-  
tratur, globosum est. Luna autem est huiusmodi ergo luna globosa  
est. ex hac vero demonstratione conuersa maiori propositione sim-  
pliciter fit demonstratio propter quid, hoc pacto. omne quod rotun-  
dum*

## in caput decimum.

61

*dum est, dum illustratur, crescit in formam rotundam. luna globosa  
est. ergo dum illustratur, crescit in formam rotundam. causa enim  
cur luna crescat in formam rotundam ea est quod globosa sit, non  
autem econverso.*

*Ac ne tum quidem potest, quamobrem sit, demonstrari, sed  
tantum quòd sit, cùm medium est aliquanto longius petitum: id  
quod propterea sit quia tale medium causa esse non potest. Veli  
ti si parietem non respirare ostendatur, quia non sit animal. Nam  
si hæc sit non respirandi causa, necesse est, ut vicissimi animal sit  
respirationis causa, nimirum quia necesse est, si est negationis cau-  
sa, negatio, ut etiam affirmationis causa, sit affirmatio. ex ēpli cau-  
sa, si calida cum frigidis non apte conuenire, id efficit, ut non be-  
ne valeamus, illa certè erit, ut bene valeamus causa, calidorum cū  
frigidis conuentientia, sed etiam è contrario, si est affirmationis  
causa, affirmatio, & negationis causa, erit negatio. In illis autem  
verbis, quæ accepta sunt, non ita res habet, propterea quòd non  
omne animal respirat. Conficitur autem illa ratiocinatio, in qua  
huiusmodi causa sumitur, in secunda figura hoc modo. Sit, a, ani-  
mal, b, respirare, c, paries: iam omne, b, est, a, hoc est omne quod  
respirat, est animal: deinde nullum, c, est, a, nullum igitur, c, est, b,  
id est nullus paries respirat.*

*Duobus exemplis secundum discrimen quod est inter demonstra-  
tionem propter quid & quia est, explicuit Aristot. hactenus, nunc  
prioris exemplo vtitur: quo probat demonstrationem quod est, licet  
ex causis procedat, procedere quidem ex causis remotis ad effecta.  
cum demonstratio propter quid, à proximis causis ducatur. atque  
hoc est quod inquit Arist. cum medium est aliquanto longius peti-  
tum hoc est remotum ab extremis. huiusmodi est hæc demonstratio  
omne quod respirat est animal, nullus autem paries est animal. ergo  
nullus paries respirat. quæ quidem demonstratio, ut Arist. admo-  
net, conjecta est in secunda figura, atque in secundo modo eiusdem.*

*Sed dicit aliquis falsum esse quod assumimus, nempè demonstra-  
tionem quia est, ex causis procedere tametsi illæ remotæ sint. hoc  
enim aperte pugnat cum sententia Arist. dicentis medium huius  
demonstrationis non esse causam. Respondendum tamen est quod  
R. Arist.*

## Commentarius

Causa nō Arist. non negat simpliciter huīusmodi medium causam esse sed ne  
respirādi gar veram esse causam cum nō sit coniuncta sed procul ab sit ab ex-  
Sicut ne- tremis. Si quidem non esse animal, non est proxima causa non respi-  
gatio cau- randi sed potius illa causa est cur animal nō respiret quia pulmoni-  
sa nega- tionis sic caret. probat hoc Arist. ea ratione quia si non esse animal causa  
affirma- eset non respirandi, esse animal, eset respirandi causa. nam sicut  
tio affir- negatio est causa negationis ita quoque affirmatio eset affirmati-  
cationis causa. nam quia in temperamentum quatuor humorum est  
causa cur non valeamus, eorumdem temperamentum causa est cur  
valeamus. atque idem contingit quotiescunque veram causam ac-  
cipimus. quod autem affirmatio animalis, animal in quam esse, non  
Quae ani sit causa affirmationis ea ratione constat, quia alioqui Omne ani-  
malia nō mal respiraret, si esse animal cuiquam causa eset cur respiraret.  
respirant hoc tamen falsum est præsertim opinione Aristot. qui in secta ne-  
gat atque etiam pisces præter eos qui sunt generis caracei vlo modo  
respirare. Et causam reddit quoniam pulmones non habent qui  
an pisces sunt proxima causa respirandi. contrariam tamen sententiam Plinius sequutus est. Nam arbitratur, omnia animalia respirare etiam si non habeat pulmones: inquam sententiam eo argumento  
Aristot. adducitur quod natura animalibus singulis potuit tribuere quid-  
Plinii. piam aliud loco pulmonum quemadmodum quibusdam animanti-  
bus pro sanguine qui necessarius est ad vitam tuendam, humor qui  
dam concessus est vicarius sanguinis.

*Ex hac* demōstra Admonet tamen Aristotel. huiusmodi demonstrationem  
tione non quia est, in qua longius est medium petitum non posse conuerti in  
potest sic demonstrationem propter quid, ratio est, Quoniam medium non  
ri demon est æquale extremis, sed est communius atque amplius, vt constat  
pter quid pro exemplo proposito.

Sunt autem propemodum similes hæ causæ ijs, quæ ita redi-  
di solent, vt in illis quasi hyperbole quædam contineatur: quod  
quidem tum sit, cum longissimè remotum à re medium accipi-  
tur. Huius generis est illud Anacharsidis, apud Scythas tibici-  
nes non esse, quia illic vites non essent. Atque illa quidem suf-  
ficiant

## in caput decimum.

62

sient de discrimine earum probationum, quibus, quòd res sit,  
& quamobrem sit, ostenditur, cum ad eandem scientiam perti-  
net utraque probatio: item quomodo propter verbi medijs variā  
collocationem hæc inter se distinguntur.

Secundo exemplo rem probat eandem, inquit enim hoc proban-  
di genus simile esse hiperbolicis apothegmatis (est autem hiperbolicū Secundū  
apothegma, brevis & acuta responsio quæ videtur à proposito esse exemplū  
aliena parū acutē rem consideranti) huiusmodi est illud Anacharsi-  
dis Schitæ qui interrogatus cur nō essent in Scythia tibicines quia nō Apotheg-  
sunt vites respondit. illa enim ratio admodum remota est, sed tamē mata. Anachar  
vīm aliquam habet. Nam tybiae exercentur inflatis buclis, influuntur fidis respo-  
copia spirituum: propter copiam spirituum præcordia ex sicutur, hu-  
meclanda ergo sunt vino vt superat copia spirituum, quare vbi non R. stio re-  
sunt vites non erunt tibicines. Hæc rāmen causa longissime distat sponsi.  
ab eo quod queratur. facit statim Arist. Epilogum eorum quæ di- Epilogus  
ixerat de discrimine utrinque generis demonstrandi in eadem scien-  
tia pergitque docere quo pacto in diversis disciplinis duo ista genera  
demonstrandi diuersa sint, vt constare possit simpliciter utrumque  
genus esse diuersum.

Est autem, & aliud inter ista discriminem, cum ad diuersas sciencias pertinet, quòd res sit, & quamobrem sit, ostendere eid, quod tū  
accidit, quando res vni scientiæ subiecta sic affecta est, ad alterius scientiæ subiectum, vt sub illo continetur. Quomodo ea, in qui-  
bus versatur Optice, ad Geometriam affecta sunt: & quæ tra-  
& at fabrica, ad Stereometriam: & quæ docet Musica, ad Arith-  
meticam: & ipsa Phænomena ad Astrologiam. Sunt autem  
ex ijs scientijs, quæ sic sunt inter se affectæ, plurimæ, quæ eos-  
dem ferè nomine appellantur. Vt Astrologiæ nomine appellat-  
latur, & ipsa de rebus cœlestibus disciplina, & nautarum de  
ijs rebus peritia. Musica appellatur, tum ipsa, quæ Mathematicarum scientiarū vna est, tum illa, quæ auribus demulcendis mo-  
dos aptos nouit adhibere. Ac nosse quidem, quòd res sit, est eorū  
qui eas artes exercent, quæ sensuum iudicio continentur: cur autē  
ipsa res sit, intelligere, eorū est, q. sciētia, & doctrina sunt ppoliti.

R. ij. Hi

## Commentarius

Hi enim sunt, qui perspectas habent singularum rerum ex suis causis demonstrationes: sive numero quod res sit ignorant, quemadmodum ipsis, qui vniuersitas res contemplantur, tamen per suauitatem, ut quasdam ex rebus singulis nesciant, propterea quod ad illas res a maximum fortasse non aduentant. In ipsis autem rebus id potissimum euenire solet, quod dico, quae ut formae quaedam separatae ob id considerantur, quod aliam quaedam rationem habere cernantur, atque adeo quidpiam aliud esse, quam quod sensu percipitur. Nam quis artes mathematicas in formis quibusdam versari non videt? Neque enim retractant illae, quas certa quadam in materia esse necesse sit: & quanquam in aliqua forte re subiecta, inesse conspiciuntur res Geometricae, in ea tamen non hoc ipso cernuntur, quo ad Geometram pertinent. Est autem & alia quaedam scientia, quae eodem modo est ad Opticem affecta, quo ipsa Optica ad Geometriam: ea scilicet pars physicae, quae de Iride disputat. Nam quod sit, est physici scire, cur vero sit, Optici, atque eius quidem est, aut omni ex parte, aut qua ex parte ratione, ac doctrina continetur.

Affixat Quoniam vero diuersae scientiae ac disciplinae bifariam inter se comediscrimen parantur, aut enim comparantur tanquam superior & inferior quod in vtria- niam una sub altera existit & ob eam causam discipline sub alterna- que de- monstrantur. diuersa tamen ratione, nam superior sub alternas monstra- vulgo dicitur, inferior vero, passim appellatur subalternata. hac ratione in diversis disciplinis afficta sunt inter se Geometria & perspectiva Arithmetica & musica philosophia naturae & medicina. aut neutra existit sub altera. in huiusmodi diversis disciplinis primo & secundo modo acceptis discriminat Aristoteles. inter demonstrationem quia est & propter quid.

Primum In primis cum scientiae sub alternatae sunt hoc interest, iter vtrumque genus demonstrationis quod demonstratio propter quid fit in Cur res scientia sub alternante, demonstratio vero, quia est, in scientia sub minores alternata. nouit enim perspectivus res eo minores videri quo longius a nostris sensibus absunt. quod tamen Geometra demonstrat quas longius vide per causam. nam quo res longius a nobis distant eo longius radij quae sunt. ex rebus quae videtur procedunt pro trahuntur & quo longiores sunt radij

## inquit decimum.

63

radij eo minores anguli redduntur quos efficiunt in oculis. Hinc fit ut res minores appareant quo longius a nobis distant.

Admonet Aristot. ut rem propositam exactius explicet quod scientiae subalternantes & subalternatae interdum vniuoce dicuntur, hoc est eandem habent definitionem, ut, Astrologia & peritia ciuitatum quae nautarum. nam vtrique est cognitio rerum coelestium. & est una vna sub altera constituta. interdum vero huiusmodi disciplinae atque est sub aliis scientiis non tam vniuoce dicuntur: quin immo altera rem simpliciter tera. considerat. altera vero rem coniunctam cum materia & motu. ut Geometria & Perspectiva. nam Geometria simpliciter est cognitio linearum & figurarum. Perspectiva vero, est cognitio figurarum apparentium & linearum quae cadunt sub aspectum. ergo ex mathematicis disciplinis illae demonstrant propter quid quae circa res simplices subiectas animo versantur, quae propriae sub alternantes tria. nominantur. Sunt id genus Arithmetica & Geometria. sub Geometria vero comprehendenda est Stereometria quae corpora eorum que affectiones contemplatur. illae vero disciplinae mathematicae quae res easdem tractant coniunctas tamen cum materia & motu sub alternatae vocantur & demonstrant rem esse, ut Astrologia Musica Perspectiva, artes mechanicae quae docent varia instrumenta conficerre ex cognitione Geometriae & ut ars militaris & architectura.

Verum inter sub alternatas scientias quaedam sunt, quae non simili. Alia diffliciter sunt sub alternatae. hoc contingit quando non tota ars toti ferentia arti sed solum pars parti subiecta est. pars enim philosophia naturae scientiarum que disputat de Iride subiecta est parti perspectivae quae disserit rum sub alterna- tarum.

Diluit tamen Aristotel. quandam dubitationem illis verbis, Ac sive numero quod res sit, ignorant. Posset quispiam rogare vtrum necessarium sit qui nouit propter quid scire etiam quod res sit responder non esse necessarium. immo vero frequenter contingit, ut quispiam sciatur propter quid & tamen ignorat rem esse: quemadmodum nihil prohibet quempiam cognoscere vniuersum aliquod qui res singulas sub vniuerso comprehensas ignorat, ratio est quoniam

R. ij ad illa

## Commentarius

ad illas res animum fortasse non aduertit. si vero animum aduertat qui nouit propter quid facile quidem rem esse intelliget.

Sunt porrò etiam ex ijs, quarum vna sub altera non continetur, aliquæ scientiæ, quæ eandem nihilo minus habent inter se quadam ex parte coniunctionem: ut Medicina, & Geometria. Nam quod vulnera orbicularia difficultius, ac tardius cureretur, nouit Medicus: huius <sup>a</sup> utem rei causam reddit Geometra.

<sup>Secundū</sup> <sup>discrimē</sup> His verbis separat demonstrationem quia & propter quid in ijs scientijs & disciplinis quarum vna non existit sub altera: atque ita inquit, interdum accidere ut earum disciplinarum quarum vna sub altera non est hoc ostendat tantum rem esse, illa vero, rationem renderat cur ita sit. exemplo rem probat, nam medicina nouit vulnera da tardius curari quam ob longa ignorat tamen quanobrem dius cureretur ita sit. quare medicus qua medicus est non potest demonstrare propter quid neq; enim id nouit, sed Geometra. ille enim huius rei eam rationem reddit quoniam figura rotunda angulus caret atque ideo diuulsæ eius partes non facile coniungi possunt. unde medicus rotundum vulnus incidere consuevit ut angulos faciat. Similiter medicus nouit septimum quemque diem agrotis esse periculosum, ignorat tamen causam qua medicus est: hanc Astrologus referi in quadratas ac diamericas lunæ figuræ.

Cur non finit demonstrationem quia est non tradiderit nobis presenti loco. nos tamen si vellemus, facile eundem defendemus, dicentes verum esse quod obiectitur quia est. sed nihil opus erat hoc loco finitionem tradere quæ facile colligi posset cognitis discriminibus vtriusque generis demonstrandi, verumq; tamen genus Aristo. complexus est, ea definitione demonstrationis quæ vñsus est capit. primo, lib. 1. Topicorum, cū inquit demonstratio est quæ procedit ex primis & veris vel ex ijs quæ per prima & vera cognitionis principium sumpererunt. nam priori parte definitionis continetur atque explicatur demonstratio propter quid, posteriori vero, demonstratio quia est. illa etiam ratio reddi potest cur Aristo. non definit in presentia demonstrationem quia est. quoniam demonstratio,

## in caput decimum.

63

stratio, quoniam non facit scire simpliciter sed quodammodo demostratio est. oportet autem ea indisciplinis explicare definitione quæ simpliciter talia sunt cetera vero, ab his separare atque distinguere quoniam per se ad artem non pertinent sed ex accidenti.

Considerandum etiam est (quod video à plerisque indubium re- vñ spe- nuncari) quod demonstratio propter quid & quia est, specie distin- guntur, cum altera ex natura prioribus atque notioribus procedat, rāt demostaltera vero ex ijs quæ sunt nobis priora atque notiora. quod si verū stratio est effectus seu scientia quā efficit vtrumque genus demonstrationis quia & specie differt. propter est

## Argumentum cap. vndecimi.

Explicuit Aristotl. materiam demonstrationis, id est, propositionem quibus demonstratio constare debet naturam atque ingeniam, iam ipsa disputandi ratio postulabat ut formam explicaret ut ea ratione ipsa disputatio perfecta esset. de hac differat in praesentia atque docet optimam & præstantissimam esse quæ prima forma aut figura vocatur.

## Caput vndecimum.

Ex tribus figuris prima est ad scientiam accommodatissima. Primum enim mathematicæ sciæ suas in haec figura demonstraciones concludunt: ut Arithmetica, Geometria, Optice, &c ut in summa dicam, omnes, quæ cur res sit, inquirunt. Omnes enim demonstrationes, quæ cur res sit ostendunt, aut certè pars earum maxima, ac multò sçpius in haec figura conficiuntur: quod etiam nobis arguento esse potest, quām sit ad sciendum accommodata haec figura: quādoquidem illud certissimum, ac curatissimum= que genus sciendi est, quo rei cuiusque causa inuestigatur.

Superiori capite Aristo. explicauit demonstrationemque est in secunda figura. demonstrationem vero, propter quid. illustravit ex- plis primæ figuræ, docet hoc loco primam figuram maximè aptam esse

## Commentarius

*Tribus rationibus rem probat.* esse ut in eadem efficiatur demonstratio quae facit scire simpliciter. sumit autem argumentum primo ab inductione scientiarum. deinde vero ab ipsarum figurarum dissimilitudine, quod ita explicatur. Omnes scientiae quae speculantur curres sit hac potissimum figura vntur raro autem secunda & tertia. Ergo prima figura maximè facit scire, atque ex consequenti hæc est maximè accommodata ad conficiendam demonstrationem quæ syllogismus est faciens scire. Nota est consequentia antecedens autem probatur inductione. Mathematicæ enim scientiae quæ propter quid demonstrant ut Arithmeticæ, Geometriæ, Perspectivæ, Musica vntur prima figura. quare cū in hac figura magna ex parte fiat demonstratio propter quid merito hæc figura censenda est maximè facere scire.

*Cur non* *ta apte* *nunquam colligamus affirmatae, secunda figura non tam apta erit quam fiant in prima. neque tercia cum sint causæ rerum generales & in tertia fi-*  
*ceteris figuris semper colligatur quod particulare est.*

Deinde hac vna figura definitionem, qua, quid res sit, intelligamus, inuestigare possumus. Nam in secunda figura nulla est aiens conclusio, definitionis autem cognitione, affirmatione quadam continetur. In tertia vero aiens quidem potest esse conclusio, at nulla potest de toto genere esse: definitio autem ex eorum est numero quæ vniuersè enunciantur. Nam quis, quadam tantum ex parte hominem esse animal bipes, dixerit?

*Secunda ratio.* *Syllogismus.* Hæc est secunda ratio quæ sumitur à dissimilitudine ceterarum figurarum & ita colligitur. definitio rei quæ quod quid est ab Aristotele. dicitur in vestigatur per demonstrationem, hoc autem solum contingit in prima figura. ergo prima figura maxime accommodata est ad scientiam rerum comparandam. Discursus legitimus est. & antecedens verum. primum quidem maior vera est. nam per primam figuram demonstramus definitionem conuenire subiecto. hoc pacto omne quod loquitur est animal particeps rationis, omnis homo loquitur. ergo omnis homo est animal particeps rationis. minor vero probatur nam definitio generalis est quia omni conuenit, præterea affirmatio est non negatio quia rei quæ definitur partes explicat. at qui

## in caput decimum.

65

qui in prima figura vniuersalis conclusio afferens colligitur, non colligitur tamen in illa aliâ figurarum: nam in secunda conclusio semper negat, in tertia afferit conclusio, sed specialis est. Prima igitur figura maximè apta est ad scientiam rerum comparandam.

*Obiicit aliquis falsum esse, quod Arist. inquit, per primam figuram monstrari posse definitionem, nam contrarium ille demonstrat lib. secundo de post. resolut. Dicendum tamen est, quod Arist. praesenti loco non inquit probari posse per demonstrationem, quod aliqua oratio definitio sit, hoc enim ex preceptis definiendi constare debet, non per demonstrationem. Atque hoc est, quod scribit libro secundo de post. resolut. Quod autem praesenti loco inquit, illud est, colligi posse definitionem in prima figura, & monstrari quod subiecto conueniat, atque etiam omnibus partibus subiecti.*

Iam vero hæc se ipsa contenta, nil illarum eget auxilio: in illis autem facta conclusione, si sint quasi retexendo ad immediatas propositiones reuocandas sumptiones, ex quibus illa facta est complexio huiusmodi, quæ in dissoluendo fit coagmatio, & in multitudinem quandam propositionum accessio, sine prima figura omnino fieri non potest. Perspicuum igitur est primam figuram ad sciendum esse accommodatissimam.

*Hæc est tertia ratio, quæ sumitur etiam à dissimilitudine, & ita Tertiaria colligitur. Syllogismi prima figura ut fidem faciant, nulla alia figura indigent, syllogismi vero secundæ & tertiaræ figura reuocandi sunt ad syllogismos primæ figurae, tanquam ad propositiones immediatas, ut aliquid necessario concludere videantur. Ergo prima figura præstantior est ceteris figuris ad demonstrandum. Probo consequentiæ, quoniam quod nulla re indiget, perfectius est, quam quod indiget re aliqua, imo vero alterum perfectum est, imperfectum alterum. Vt raque autem pars antecedentis constare potest ex definitione perfecti, atque in perfecti syllogismi. Perfectus enim syllogismus est, qui nullius rei indiget præter ea, quæ sumpta sunt, ut appareat necessarium: imperfectus vero, qui indiget unius, aut plurium. Quo autem pacto ex mediatis propositionibus immediate inueniendas sint, docet Aristotele. praesenti loco, cum inquit, oportere cum reductio*

*sunt fit,*

## Commentarius

fit, media densare, hoc autem nihil aliud est, quam media augere, do-  
nect ad medium immediatum reperiamus. Hoc verum solum fit  
per primam figuram.

Vt autem sunt quædam affirmationes, in quibus ipsi, b, cōtinuo  
inest, a, sic sunt, & aliquæ negationes, quibus confirmandis nullū  
medium adhiberi potest. Hoc enim est, quod alterū cōtinuo in-  
esse, aut nō inesse, dicebam: quia cū nullum est medium, sit, vt nō  
per aliud quippiam affirmetur, aut negetur alterū de altero. Ac si  
quidē in aliquo toto genere aut, a, aut, b, aut vtrunq; cōtineatur:  
fieri nunquā poterit, vt sit immediata, ppositio, nullū, b, est, a: nā si  
omne, a, est, c, & nullū, b, sit, c, cur enim ita nō possit vnuenire, vr  
c, omni, a, cōueniat, nulli autē, b, insit, nō video, ex his illud relin-  
queretur hac ratiocinatione cōfirmatū, nullū, b, esse, a, hoc modo.  
Omne, a, est, c, nullū, b, est, c, nullū igitur, b, est, a. Par ratio erit, si  
quippiā sit quod de omni, b, dicatur, vt, d, verbi gratia. Fiet enim  
hoc modo demonstratio. Nullū, a, est, d, omne, b, est, d, nullū igitur,  
b, est, a. Eodē porrò modo illud demonstrabit̄ si &, a, & b, sua  
quædā genera habeat, quæ de illis vniuersè affirmētur. Quod au-  
tē vnuenire possit, vt qđ de omni, a, dicatur, de nullo, b, dicatur,  
aut cōtra, qđ inest omni, b, nulli, a, insit, vel ex ipsis ordinibus, &  
quasi classibus terū omnīū cōstare potest, quę omnes suis finibus  
cōtentæ in alienos nō transeunt, nec aliquid vnuquā cōmunicant.  
Nā si nil eorū, quæ sunt ex coniugatione, a, c, d, in ijs dicitur, quæ  
pertinet ad ordinē, b, e, f, insit autē, g, in omni, a, necesse est, vt il-  
lud, g, quod ex altera classe sumptū est, nulli, b, insit: alioqui iam  
permisceri, ac confundi illos ordines fatendum erit. Eademque  
ratio erit si aliquod genus est, in quo continetur ipsum, b.

*Docet iā Arist. nō sc̄ lū reperiū affirmationē immediatā, sed etiā  
negationē. Ratio vero cur hoc doceat, ea est, quia dixerat ad calcem  
tertiij argumenti, syllogismos. 2. & 3. figurae reuocandoe esse ad syl-  
logismos primā figurā tanquā ad immediatas propositiones. sed quo-  
niam quæ sint affirmationes, quæ medio vacet, apertum est: de imme-  
diatis affirmationibus nihil differit in præsentia, est enim affirma-  
tio immediata ea, in qua attributū seu prædicatū subiecto cōtinuo in  
est, hoc est sine medio aliquo. vt omnis homo est animal particeps ra-  
tionis, & omne animal particeps rationis est natū ad risum. nam si*

quod

Affirma-  
tio imme-  
diata.

## in caput vndeциimum.

66

quod sit mediū inter propositionis extrema, non erit illa quidē pro-  
positio immediata: hæc enim propositiō. v.g. homo est substantia, im-  
mediata non est, quoniam inter hominem & substantiam aliquid  
est medium, dicitur enim substantia de homine per medium animal,  
animal autem per animatum, animatum per corpus, substantia ve-  
ro de corpore proximè dicitur & nullo medio interiecto. Vt autem  
prober eff̄ aliquam negationem immediatam, primū omnium ad-  
mo net, quæ nam sit mediata negatio. trifariam igitur efficiuntur,  
& considerantur propositiones mediate negantes. primū quidem  
mediata negatio ea dicitur, cuius attributum sub altero continetur. Trifariā  
vt nulla linea est homo. hoc significat Arist. cum inquit. Ac si qui-  
dem in aliquo toto genere. Ea enim colligitur in secundo modo se negatio  
cundæ figuræ hoc modo. Omnis homo est animal, nulla linea est ani mediata.  
mal. ergo nulla linea est homo. Secundo, quando subiectum contine-  
tur subaltero, vt nullus homo est linea. nam propositiō, quæ huius-  
modi est in primo modo secundæ figuræ per medium aliquod colli-  
gitur hoc pæcto. nulla linea est animal, omnis homo est animal. ergo  
nullus homo est linea. hoc significat Arist. cū inquit. Par ratio erit  
si quippiam sit. Tertiō, quando vtrunque extreūm subiectum vi-  
delicet & prædicatū sub altero continetur. vt nullus homo est lapis.  
quam sententiam illis verbis significat Arist. Eodem porrò mo-  
do illud demonstrabitur. Hoc vbi dixit, explicat statim quas pro-  
positiones negari es immediatas appeller, cum inquit.

Sin nihil reperiatur, quod de, a, aut de, b, affirmari possit, tum  
certum est negationem in hanc, nullum, b, est, a, esse immediatam.  
Nam si quod medium habeat, necesse erit illud de horum altero  
affirmari, quoniam aut in prima, aut in secunda figura illa nega-  
tio conccludetur. Ac siquidem in prima, in omni, b, medium di-  
ci oportebit. Nam vt illa conclusio efficiatur, assumptionē opor-  
tet in toto genere affirmare. At si in secunda, poterit medium de  
vtroniis affirmari: quia siue propositiō, siue assūptio, vniuersa ne-  
gans accipiatur, in hac figura rectè vniuersa negatio cōcluditur:  
nec licet vtralque negationes accipere. Perspicuum igitur est alte-  
rum de altero, cīrravllum medium negari posse: quando autem,  
& quomodo id fiat, à nobis est explicatum.

Sij

Propos

## Commentarius

**Negatio.** Propositio igitur negans atque immediata ea est, cum neutrum immediatum extremonum sub altero continetur. Huc contingit, quotiescunque suprenū aliquod genus de alio supremo genere dicitur. Ut nulla substantia est quantitas. Cum enim aliqua sit immediata negatio, neque eiusmodi censeri posse ea, cuius utrumque extremonum sub altero continetur, aut alterutrum, à sufficienti partium enumeratione colligitur, eam esse immediatam negationem, in qua supremum genus de

**Ratio.** supremo genere predicatur. Rem istam probat hac ratione Aristot. quoniam si cum negatio constat duobus supremis generibus media- tur, et non immediata potius, aliquod est medium, per quod colligi posset, quod constat ex definitione propositionis vacantis me- dio. hoc autem non potest accidere, erit igitur ea propositio immediata. Discursus est legitimus, et maior aperta, minor probatur. aut enim colligetur syllogismo ea propositio in prima figura, aut in se- cunda. Nam cum illa propositio uniuersalis sit, in tercia figura colli- gi non potest, cuius conclusio nunquam est generalis. Verum quod non posse colligi in vila aliarum figurarum, hac ratione persuaderi potest. Quia si in prima figura concludatur, subiectum conclusionis oportet sub altero collocari. Nam in prima figura minor propositio as- serit, et eius subiectum est etiam subiectum conclusionis: nihil enim in ea figura colligitur, cum minor propositio negat. Si vero pro- positio illa concludatur in secunda figura, utrumque extremonum collo- cabitur sub altero: cum ad utrumque extremonum fieri posse syllogis- mus in secunda figura sumpta altera parte antecedentis negante. Nam ex utraque negante nihil colligitur. Quare sequitur, si sit ali- quod medium, quod de subiecto aut predicato eius propositionis dic- tatur, cuius superius fecimus mentionem, illam non constare duobus supremis generibus, quod acceperamus tanquam certum. Nam su- periorum genus est teste Porphyrio, quod non habet aliud genus su- mediatum perius. Est igitur immediata negatio ea, cuius neutrū extremonum co- negatio = invenitur sub altero: est etiam immediata negatio ea, in qua una diffe- ntitia de altera cui opposita est, dicitur. Ut nullum rationale est ex- pers rationis, causa est, quoniam differentiæ nihil habent commune:

CHM

## in caput duodecimum.

67

cum sint (ut vulgo dicitur) earum conceptus simplices omnino.

Ex hoc capite accipi potest testimonium evidens, quo probemus iuxta sententiam Aristot. decem supra genera nihil habere com- munem: cuius gratia unum de altero praedicitur secundum substan- tiam. Tametsi nihil yetet per accidentis praedicari. quandoquidem no- uem genera substantiae accidunt.

## Argumentum cap. duo decimi.

In præsenti et proximo capite Aristot. de ignorantia differit ex professo, ut intelligamus eius sententiam capite nono: in quo pa- ralogismi aut ignorationis mentionem fecit. Hoc etiam facit, ut in- telligimus, quid sit syllogismus pseudographus: qui ex diametro pu- gnat cum demonstratione.

## Caput duodecimum.

**I**GNORATIO autem, atque inscientia, non illa quidem, quæ ex negatione appellatur, sed, quæ ex certa quadam affec- tione dicitur, nil est quam' error ex aliqua ratiocinatione ortus.

Admonet in primis Aristot. ignorantiam esse duplēm, alia est enim ignorantia negationis, altera vero dicitur ignorantia præ- dispositionis aut affectionis. Ignorantia negationis est simplex rei ignorantia. Illam habet, qui nulla ratione scientiam nouit, quæ ob- tinebat causam à Philopono simplex ignorantia dicitur, et qui illam tioneis. habet, simpliciter rem ignorat. Hanc vocat Arist. libro nono de pri- ma Philosophia ignorantiam in non attingendo, quia, qui sic igno- rat, non attigit ullo pacto scientiam: de hac ignorantia in presen- tia sermo non est. Altera ignorantia est præ- affectionis, ea sic defi- nitur. Est deceptio facta per syllogismum. de qua in præsenti capite differit Aristot. quoniam illa est scientia contraria.

Hæc autem dupliciter fit in affirmationibus, aut negationibus immediatis.

## Commentarius

immediatis. Aut enim ex simplici animi perceptione nascitur opinio, quod ita res sit, aut secus, aut verò ex ratiocinatio. Ex simplici animi comprehensione, simpliciter, unoque modo gignitur falsa opinio. Quæ per ratiocinationem inducitur in scita, via est, & multiplex.

**Duplex ignoran-** Ignorantia præuale affectionis dupliciter contingit. Aut enim efficitur, quia aliquis sibi persuadet opinionem aliquam veram esse, quæ falsa sit, ut cù quis deceptus sola autoritate Arist. credit mundum acernum esse, & haec sane fit sine syllogismo, & simplex est, atq; uno tantum modo contingit. altera verò cum syllogismo fit, qui ex principijs scientiæ procedit perperam intellectis: qui falsigraphus appellatur. **Ignoran-** Hæc autem multis modis contingit, quos Aristot. explicat præsentis syllo- loco. adhibet autem exemplum eius deceptionis, quæ fit syllogismo multi- in negotiationibus vacancibus medio: cum inquir.

Sit enim hæc immediata negatio, nullū, b, est, a, si quis igitur ratiocinatione confirmare voluerit omnē, b, esse, a, adhibito, verbī gratia, medio, c, is per ratiocinationem in falsoam hanc inducetur opinionem.

**Exemplū.** Quasi dicat sumamus immediatā istam negationē: nullū, b, est, a, id est, nulla substantia est qualitas, quæ vera est, si quis p̄iam per syllogismum colligat eius contrarium, omne, b, est, a, per medium, c, dicitur quidem habere ignorantiam præuale dispositionis.

Illud tamen admonet Arist. quod cum syllogismo decipiuntur, id est, conclusionem falsam colligimus, interdum accipimus veraque partē antecedentis falsam, interdū verò alterā tantū modo maiorem propositionem, modo minorem. Hoc significat Arist. cum inquit.

Achius quidem ratiocinationis, utræque sumptiones falsæ esse possunt: sed & altera tantū falsa, idem hoc cōcludi potest. Nā si negando verā sint hæc propositiones, nullū, c, est, a, & nullū, b, est, c, sumuntur autē econtrariū vniuersa affirmationes, erūt profectō utræq; sumptiones falsæ. Illud verò euenire potest, vt, c, medius sic affectū sit ad extrema, a, b, vt, a, de nullo, c, dicatur, de, b, ut tem aliquo non enuncietur ipsum, c, neque enim fieri potest, vt de omni, b, dicatur, c, quia hæc negationē nullum, b, est, a, immediatam esse posuimus: neque ipsum, a, tale est, quale in omnibus.

quæ

## in caput duodecimum.

68

quæ sunt, dici possit. Quare hoc modo acceptis vniuersis affirmacionibus, falsæ erunt utræque sumptiones.

Exēplo probat Arist. quod dixerat, & primū omnium quādo utrāque propositio falsa est, quæ constat syllogismus deceptionis. Si enim sumamus duas istas negationes immediatas & veras, nullum, c, est, a, id est nulla substantia est quantitas: & nullum, b, est, c, hoc est Ex utraq; nulla quantitas est qualitas: deinde verò ex contrariis istarum con falsa. ficiamus syllogismum, decipiēmur ex utræque parte antecedentis falsa, hoc modo. Omnis quantitas est substantia, & omnis qualitas est quantitas. Ergo omnis qualitas est substantia. Deinde exemplum adhibet eius deceptionis, quæ fit per syllogismum, cum altera tantū pars falsa est, illis verbis.

At vera etiam potest altera esse, nō ea quidem utravis, sed propositio tantum, quæ est, a, c. Nam quoniam nil est, quod de ipso, b, vniuersè affirmari potest, eo efficitur, vt assumptio, quæ est, b, c, non possit esse vera. Quod verò, a, c, propositio vera esse possit hinc intelligetur, si ponatur, a, citravllum medium, d, c, & de, b, dici. Quando verò verbum aliquod de duobus primum, ac citravllum medium dicuntur, necesse est, vt ex illis duobus alterum alterinon conueniat. Veruntamen parum refert, vt vera accipiatur propositio, a, c, an sit interiectū aliquod mediū inter, a, c, an secus.

Contingit ergo interdum decipi, cum altera pars falsa est, considerare tamen oportet, quod non potest esse utravis sine discrimine positio ſo- vera, sed altera tantum, hoc est maior propositio: quæ est, a, c, nam lum verò minor hoc est, c, b, p̄petuo falsa est. Ratio est, quoniam maius ex essepoteſt tremum immediatē prædicatur de medio & minori extremo. Quod hoc exemplo constat, omnis habitus est qualitas, omnis substantia est habitus, ergo omnis substantia est qualitas. Minor enim propositio, vt constat, contraria est immediatē negationis vera, non potest ergo falsa non esse. Admonet tamen nihil interesse, vt vera sit maior propositio, quod medio prædicta sit, aut vacet medio. Utroque enim modo vera redditur, cum colligitur syllogismo propositio contraria immediatē negationi. Statim Epilogum facit, eorum quæ dixerat: cum inquit.

Exemplū.

Atque:

## Commentarius

Atque illæ quidem solæ sunt rationes, quibus inducitur opinio, quæ sibi quis veram esse de toto genere affirmationem falso persuaderet: quandoquidem non potest in alijs figuris talis vlla affirmatio concludi.

Duobus itaque modis, qui sunt à nobis explicati tantum decipi-  
mur, colligentes syllogismo propositionem vniuersalem afferentem  
contrariam vniuersali negationi immediatæ: ea enim solum colligi-  
tur in primo modo primæ figure, quia hæc duntaxat figura atq; hic  
modus colligunt vniuersale afferens, ut plane constat.

Vt vero in eum quis errorem se inducat, vt putet veras esse in  
toto genere negationes, quæ mentiantur, id tum in prima figura,  
tum in secunda potest euenire. Itaque dicamus priuūm quot mo-  
dis illud in prima figura possit accidere, & quām variè sumptio-  
nes affectas esse oportet. Ac primum ex vtrisq; falsis propoſitio-  
nibus id confici posse, hoc potest exemplo intelligi. Conueniat  
a, omni, c, & omni, b, citra vllum medium, tum si propoſitio acci-  
piatur, nullum, c, est, a: & assumptio omne, b, est, c, vtrisque sum-  
ptiones certum erit mentiri.

Iam docet, quo pacto decipiāmus syllogismo colligentes genera-  
lem negationem, quæ falsa sit. Decipiāmus ergo syllogismo primæ fi-  
gura atque etiam secundæ: nam in vtraque colligitur vniuersalis  
negatio. Prius tamē docet quot modis in ea figura fiat deceptio, &  
qua ratione se habentibus propositionibus aduerum & falsum, nun  
quid ex vtraque falsa, an ex altera tantum? ex omnino falsa, an ex  
falsa in parte. Contingit primum hæc deceptio in prima figura ex v-  
trisque sumptionibus falsis. Rem exemplo probat Aristot. Ut si ita  
colligamus, nullus homo est animal, omnis equus est homo, ergo nul-  
lus equus est animal.

Deinde ex altera, atque adeo vtralibet falsa, illud idem conclu-  
di potest. Id enim vſuuebit, cum est vera propoſitio, a, c, assump-  
tionem, b, c, necessario esse falsam. Ac vera quidem esse potest,  
a, c, propoſitio, quia nō tam late patet verbum, a, vt in omnes res  
cadere possit. Falsa autem, b, c, assumptionio, quia fieri non potest, vt  
omni, b, conueniat, c, cū de hoc vniuersè negatur ipsum, a, siquis-  
dem id futurum est, vt non sit vera, a, c, propoſitio. Adde, quod  
si vtraque

## in caput duodecimum.

69

Si vtraque vera ponentur, etiam conclusio vera effet. Atqui il-  
lud etiam econtrariò potest accidere, vt vera sit, b, c, assumptionio,  
& falsa propoſitio, vt si de omni, b, dici possint, &, c, &, a, neceſſo  
est, vt ex ijs duobus alterum alteri conuenire possit. Idcirco si su-  
matur nullum, c, esse, a, falsa erit propoſitio. Perspicuum igitur  
est in prima figura mentientem fieri posse ratiocinationem, tum  
ex falsis vtrisque sumptionibus, tum ex altera tantum falsa.

Innuit his verbis secundam formam deceptionis, contingit enim  
(inquit) syllogismus deceptorius altera parte falsa atque ea vtrauis.  
fieri enim potest, vt maior propoſitio, quæ est, a, c, vera sit: falsa au-  
tem, b, c, quæ est minor. Ratio est, quia, a, maius extreum id est a-  
nimal non dicitur de omnibus affirmatè & vere. Ergo à quibusdā  
verè addimetur. V. g. à lapide. si quidem nullus lapis est animal. quod  
vbi accidit minor propoſitio quæ est, omne, b, est, c, falsa est, alias  
nullum, c, est, a, maior propoſitio quæ vera est, falsa erit: quod repu-  
gnat positus. Deinde conclusio syllogismi vera effet, atque ex conse-  
quenti ille non effet syllogismus deceptionis. Maior enim proculdu-  
bio vera est, & tu concedis minorem etiam veram esse posse, quod  
est absurdum. Quare maior vera esse potest solum cum est minor  
falsa. Contingit & in huiusmodi syllogismo deceptorio minorem ve-  
ram esse, falsam autem maiorem. Sumamus hunc syllogismum, om-  
ne natum ad risum est animal, omnis homo est natus ad risum, ergo  
omnis homo est animal. Quare si accipiamus contrarium maioris pro-  
positionis, illud nempè, nullum natum ad risum est animal, & con-  
suumus hunc syllogismum, nullum natum ad risum est animal, om-  
nis homo est natus ad risum, ergo nullus homo est animal: maior pro-  
positio proculdubio falsa est, minor autem vera, vt constat. Atque  
ita deceptio fit in prima figura ex vtrauis propositione vera. Statim  
epilogum facit eorum, quæ dixerat, vt transitionem faciat ad eam  
deceptionem, quæ contingit in secunda figura.

Nunc de secunda figura dicamus. Primum si ambæ sint ex om-  
ni parte falsæ, nunquam fieri huiusmodi fallax conclusio. Quan-  
do enim in omni, b, inest, a, nil reperiri potest quod vni ex omni  
parte conueniat, ab altero sit omni ex parte alienum: Vt autem

T huiusmodi

## Commentarius

huiusmodi conficiatur conclusio, ita medium in sumptionibus collocari deberet, ut de uno vniuersè affirmetur, de altero vniuersè negetur. Itaque si certo quodam modo acceptæ sumptiones mentiantur, necesse est, ut contrario modo sumptæ, contrariam affectionem habeant, quod fieri omnino non posse, ostendimus.

**In secunda figura.** Inquit ergo, quod tametsi in prima figura ex vtrisque sumptionibus omnino falsis fieri possit syllogismus deceptionis, id quidem nullum sit de lo modo potest contingere in secunda figura. Hanc sententiam proceptio ex bat hoc argumento. Si syllogismus fieri debet in secunda figura, ne vtrisque est sic accipere propositiones, ut medium in altera dicatur de sumptionibus falsis. Vno extremo affirmare, in altera vero negare: sed si sumamus omnem, b, esse, a, immediatam affirmationem, & veram, id est, omnem hominem esse substantiam, nulluserit terminus medius, qui ratione superiorius explicata possit praedicari, ergo in secunda figura ex vtrisque sumptionibus falsis non contingit syllogismus deceptorius. Discursus legitimus est, maior manifesta, quoniam in secunda figura nihil colligitur ex duabus affirmationibus, neque etiam ex duabus negationibus. Minor inde constat, quoniam si vtraque sumptio falsa esset in huiusmodi syllogismo, medius terminus dari posset, qui superiori ratione praedicaretur, at qui hoc accidere non potest, nam cu[m] subiectu sub attributo contineatur, vt homo sub substantia, necessarium quidem est, vt quod attributo inest, subiecto etiam in sit. Quia vero ratione constare debeant sumptiones syllogismi, docet Arist. cum inquit.

At vero, vt sit vtraque ex parte falsa, non est incommodum. Velut si, c, in quodam, a, atque etiam in quodam, b, tantum dicatur: sumatur autem proposition, omne, a, est, c, assumptio autem nullum, b, est, c, mentientur profectò vtræque sumptiones, non illæ quidem ex toto, sed ex aliqua parte. Sed & si negationis collectio commutetur, eadem ratio erit.

**Ex vtris partibus falsis fit deceptio in secunda figura.** Fieri igitur potest syllogismus ignorantiae ex vtraque sumptione falsa, non quidem omnino falsa, sed in parte. V. g. cum ita colligimus, omne animal est album, nullus homo est albus, ergo nullus homo est animal. Sunt enim sumptiones huius syllogismi falsæ in parte,

## in caput duodecimum,

70

re, quoniam contradicentes earumdem veræ sunt: haec inquam, aliquod animal est album, & aliquis homo est albus. Quod contingit in Camestris, contingit etiam in Cesare, hoc modo, nullum animal est album, omnis homo est albus, ergo nullus homo est animal. Contingit etiam, ut in secunda figura decipiatur ex altera tantum sumptione falsa, altera vera, quæcumque illa sit, siue omnino falsa sit, siue in parte. Hoc significat, cum inquit.

Quod si alterutra tantum falsa sit, haec etiam complexio tecum efficietur: nam quod omni, a, conuenit, potest etiam omni, b, conuenire. Si igitur, omne, a, est, c, proposition, & nullum, b, est, c, assumptio, verum dicet, c, a, proposition, mentietur, c, b, assumptio. Rursus quod nulli, b, inest, idem potest non omni, a, conuenire, quia si omni, a, conueniret, etiam omni, b, inesse oporteret, cui raimen nulli in esse sumebatur. Si igitur omne, a, esse, c, proponatur & nullum, b, esse, c, assumatur, erit vera, c, b, assumptio, falsa altera. Similis porrò ratio erit si commutato ordine, prima ponatur negatio. Nam quod de nullo etiam, b, dicetur: ideoque si sumatur proposition, nullum, a, est, c, assumptio autem omne, b, est, c, vera erit, c, a, proposition, mentietur altera. Ac rursus quod in omni, b, vere enuncietur, in nullum, a, posse cadere, mendacium est. Necesse enim est, vt si in omni, b, dicatur, in quodam etiam, a, dicatur. Sumpta itaque propositione, nullum, a, est, c, & assumptione omne, b, est, c, erit haec vera, illa falsa. Perspicuum igitur est, etiam cum medio carent propositiones, in errorem tamē nos induci per ratiocinationem sumptiones habentem partim vtræque falsas, partim alteram tantum.

Quia vero ratione id fieri possit, Aristot. docet. Si enim maior proposition sit omne animal est sensuum, minor vero sit, nullus homo est sensuum, conficiemus hunc syllogismum deceptorium in Camestris, omne animal est sensuum, nullus homo est sensuum, ergo nullus homo est animal. Cuius syllogismi maior proposition omnino vera est, minor vero omnino falsa. Idem quoque eveniet, cum maior est omnino falsa, minor vero omnino vera, hoc modo. Omne animal est in animatum, nullus homo est in animatus, ergo nullus homo est animal. Idem etiam accidit, cum negatio transfer-

Tur,

## Commentarius

tur, hoc est, maior proposicio negat, minor afferit in Cesare. Nam quod omnino auferitur ab animali, ab homine auferetur omnino: et fieri hac ratione syllogismus deceptorius. Nullum animal est lapis, omnis homo est lapis, ergo nullus homo est animal. Cuius syllogismi maior vera est, minor falsa. Fit etiam in eodem modo deceptio, cum major falsa est, minor vera, hac ratione. Nullum animal est ratione preditum, aut vivit, omnis homo vivit, ergo nullus homo est animal.

**Quatuor** Ex his quæ à nobis explicata sunt, quatuor documenta capi posse cepta sunt apta ad iudicandum de veritate, aut falsitate propositionum, explorā - unde vim habent, & robur accipiunt. Quæ scribit Aristot. præsenti de verita capite. Primum est, cum propositione universalis vera est, quod omnitem, & mē no conuenit attributo, omnino etiam conuenit subiecto. v.g. Quia omnis homo est animal, quod inest omni animali, inest omni homini. Secundum. Quod inest omni subiecto, necessario inest alicui parti predicati, quandoquidem subiectum inest predicato. Tertium. Quod omnino addimitur subiecto, quandoquidem attributū in erat omni subiecto. Quartum. Quod omnino subiecto addimitur, non potest omni attributo conuenire.

## Argumentum cap. decimiertij.

**C**AEpit. Arist. explicare deceptiones, quæ contingunt secundum syllogismum. Superiori capite aperuit quæ fiant deceptiones, cù propositiones medio vacant. Præsenti capite rationem reddit earum deceptionum, quæ contingunt, cum propositiones medium habent, siue illæ fiant syllogismo afferente, siue negante, in prima, aut secunda figura. Nam in tertia non accedit universaliter decipi, cum conclusio in ea figura non possit esse universalis. Primum vero exordiū sumit à prima figura.

## Caput decimumtertium.

Quando

## in caput decimumtertium.

71

**Q**uando vero interiecto aliquo medio affirmatur quippiam, aut negatur, si proprium medium accipiatur, atque ex eo tamen efficiatur falsa conclusio, fieri non potest, vt vtræque sumptiones mentiantur, se dea tantum in qua maius extremum continetur, falsa erit. Ego vero proprium medium appello, idem illud medium, quod accommodatum est ad concludendam contrariam, veramque pronunciationem. Itaque si, a, conueniat omni, b, per mediū, c, quia necesse est, vt fiat ratiocinatio, assumptionem, c, b, affirmantem esse, illud profecto clarum est, hanc assumptionem, que nec commutari, nec aliter accipi potest, veram semper futuram. Propositione autem, a, c, falsa erit. Hac enim contraria sumpta, efficitur contraria ratiocinatio. Nec dissimilis ratio erit, si non proprium, sed ex alio quodam ordine sumptum medium adhibeat, vt, d, quod tamen ita sit ad extrema affectum, vt de omni illo enuncietur, a, ipsum autem de omni, b. Nam & hic manere, eandem assumptionem, d, b, oportebit, altera autem, cōtra quam verum est, accipietur, ob idq; illa semper verum dicet, hæc semper mentietur. Atque hic error nō multum differt ab eo, qui ex proprio medio oritur.

Proponit initio (more suo) ea, de quibus disputaturus est, dicens oportere iam explicare, quo pacto deceptio fiat in affirmationibus, aut negationibus, quæ medium habent. Deinde documentum, aut regulam tradit conficiendi syllogismum deceptoriorum negare in prima figura, cum propositiones medium habent. Inquit igitur, cum syllogismus sit per proprium medium, non potest accidere, vt veraq; sumptio falsa sit, sed maiorum tantum. Sed quoniam mentio incidit medium propriū, quod nam illud sit, docet. Est autem huiusmodi, quod est eiusdem cathegorie, aut ordinis cum extremis. Minor autem propositione, cum extrema, tum etiam quia est eadem cum minore propositione syllogismi contradictionis. Hoc aperte intelliget, qui cōperit tres istos terminos, substantiam, hominem, animal: quorum primus sit maius extremum, secundus minus, tertius medium. Colligimus enim hominem esse substantiā, per medium animal, hoc modo. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

## Commentarius

tia. Deinde verò per syllogismum deceptorium demonstramus contrarium conclusionis, accipientes contrarium majoris propositionis, hac ratione. Nullum animal est substantia, omnis homo est animal. ergo nullus homo est substantia. Quare mediata negatio. V.g. Nullus homo est substantia, cum medium sumitur ex eadem categoriā, non potest colligi nisi ex maiori propositione falsa, si quidem minor cum medium proprium est, oportet, ut necessario vera sit, quem admodum ostendit est. Idem quoque contingit, cum medium proprium non est, hoc est, non ponitur in eadem categoriā, in qua extrema collocantur, modo illud medium ita ad extrema afficiatur, ut sit in omni maiori, & ipsum de minori extremo dicatur, ut de omni. V.g. respirare ad substantiam, atque hominem. Si enim summus tanquam mediu[m] respirare, quod pertinet ad categoriam actionis, idem evenire necesse est, ut cum ita colligimus. Omne quod respirat, est substantia, omnis homo respirat, ergo omnis homo est substantia. Fit enim syllogismus deceptorius seruata minori propositione, & sumpto contrario majoris, hoc modo. Nihil quod respiret, est substantia, omnis homo respiret, ergo nullus homo est substantia. Cuius syllogismi maior quidem falsa est proculdubio, minor autem vera. Et cum in prima figura nihil colligitur, cum minor negat, ex opposito minoris propositionis & maiori non potest fieri syllogismus deceptorius. Hæc enim deceptio, quæ fit per medium diuersæ categoriæ ab ea, in qua existunt extrema, ferè est eadem cum ea, quæ fit per medium proprium. Hoc tamen interest, quod termini superioris syllogismi secundum essentiam, atque substantiam prædicantur, huius vero termini secundum accidentem.

At verò si non adhibeatur in efficienda fallaci conclusione proprium medium, affirmetur autem de medio ipsum, a, de, b, aut negetur medium: necesse erit mentiri utrisque. Contrario enim modo lumen dant sunt sumptiones, quam quomodo veræ erant: alioqui non sicut ratiocinatio. At qui hoc modo sumptu[m], fallax sunt viræque. Veluti si verum sit, omne, d, esse, a, & nullum, b, esse, d, item verum: acceptis contra virisque propositionibus, ratiocinatio fieri ex duabus falsis sumptionibus.

Sin de

Medium  
nō propriu[m]

Differunt

## In caput decimum tertium.

72

H[ic] verbis docet, quales oporteat sumptiones esse, ex quibus falsa colligitur conclusio, cum medium neque proprium est, neque ratione superius explicata refertur ad extrema, atque ita inquit: quod vbi medium ita comparatur ad extrema, ut maiori omnino in sit, à minori autem extremitate admatur, necesse est, ut is syllogismus quo decipiatur, ex utrisque sumptionibus falsis colligatur. Nam si hæc propositionem mediataam accipiamus, omnis homo vivit, & velimus eius contrarium syllogismus ignorantie colligere, & accipiamus plantam, de qua verè predicatur vivens, & à qua addimitur homo, colligemus fallacem conclusionem ex utrisque sumptionibus falsis, hoc modo. Nulla planta vivit, omnis homo est planta, ergo nullus homo vivit.

Sin de medio, d, etiam negetur, a, erit vera proposition, a, d, aſꝝ sumptio autem falsa, b, d. Ac illa quidem vera erit, quia non poterat de, d, affirmari, a. Hæc autem falsa, quia si etiam hæc verū diceret, non mentiretur complexio.

Aliquando (inquit) contingit ex maiori propositione vera & Ex maiori falsa facere syllogismum deceptionis: hoc fit, vbi medium sic r[es] vera et afficitur ad extrema, ut eidem maius extrellum conuenire non posse minori sit. V.g. lapis. Fit syllogismus hoc modo. Nullus Lapis vivit, omnis homo est Lapis, ergo nullus homo vivit. Rem probate ea ratione, quia si minor propositione vera esse posset, cum sit maior vera, conclusio vera erit, non fallax, nam syllogismus legitimus est in secundo modo primæ figuræ.

Quod si per secundam figuram inductus quispiam, falsa se impliceat opinione, id nunquam eveniet ex sumptionibus omni ex parte falsis. Quando enim omni, b, inest, a, nil vñquam inueniri potest (quemadmodum etiam paulò ante dictum est) quod de vno vniuersitate affirmetur, de altero vniuersitate negetur. Sed ut altera, atque adeo utrilibet ex toto mentiatur, fieri potest. Nam si, c, de omni, a, & de omni, b, dicatur, sumatur autem in propositione omni, a, inesse, in assumptione autem nulli, b, erit vera, a, c, propositione mendax altera. Rursum si omni, b, inesse, c, assumptum sit, propositionum autem nulli, a, conuenire, verum dicet assumptione, c, b, falsum altera.

Hactenus

## Commentarius

**D**ocuit, quo pacto in prima figura falsa negatio syllogismo colligi possit, nunc docet, qua ratione colligatur syllogismo in secunda figura, ait ergo non posse euenire, ut negatio falsa in secunda figura colligatur ex utrisque sumptionibus omnino falsis, quod est ab eodem scriptum superiori proximo capite, cum de negatione vacante medio disputaret. Nam cum maius extremum de omni minori extremo predicetur, non potest accidere, ut terminus illius sit, qui de altero extremo predicetur, & iuersaliter, & omnino alteri addimatur, potest tamen verauis propositio falsa esse. Cuius rei exemplum adhibet Arist. primum in secundo modo secundæ figuræ, cum ita colligimus. Omne animal viuit, nullus homo viuit, ergo nullus homo est animal. Nam medium est in toto maiori extremo, atque etiam in minori suspte natura. Quare negatio falsa efficitur. Deinde adhibet exemplum syllogismi, qui sit in primo modo secundæ figuræ, illud est huiusmodi. Nullum animal viuit, omnis homo viuit, ergo nullus homo est animal. Tandem epilogum facit eorum, quæ dixerat, & transitione quadam utitur, ut doceat, quales sint sumptiones illæ, ex quibus ratiocinatione colligitur falsa affirmatio, cum inquit.

Hactenus explicatum est quando, & ex quibus falsa inducitur opinio, per ratiocinationem, qua falsa negatio concluditur. Nunc dicendum est de ea ratiocinatione, per quam falsa efficitur affirmatio. Ac primum si proprium medium accipiatur, nunquam erunt utræque sumptiones falsæ: quia necesse est eandem manere assumptionem, c, b, ut ratiocinatione aliquid concludatur, quemadmodum supradictum est: quare quando propositio sola est, quæ contra accipitur, quæ oportet, hæc sola semper mentitur. Eadem ratio erit si non proprium, sed ex alia quadam classe, atque ordine sumatur medium: sicut dictum est supra, cum errorem explicabamus, qui negatione continetur. Etenim assumptionem, d, b, eandem manere oportet, propositionem autem, a, d, contra ac verum est accipi: atque ita eundem errorem gigni cum superiori. Si medium nō sit proprium, in omni autem dicatur, a, hanc propositionem veram esse oportebit, nēdācē alteram. Quid enim est, cur non possit, a, multis conuenire, quorum alia non contineantur sub alijs? At si non possit, a, enunciari de omni d, planum

## in caput decimum tertium.

73

d, planum est, hanc temper falsam futuram, ut quæ affirmans accipiatur. A sumptio vero, d, b, potest tum vera, tum falsa esse. Nam quid vetat, a, in nullo, d, dici, cum interim omni, b, conueniat ipsum, d, veluti animal in nullam scientiam cadit, ipsa autem scientia de Musica vniuersale affirmatur. Deinde vero, cur id euenire facile non possit, vt &, a, de nullo, d, dicatur, &, d, de nullo, b? Ex ijs igitur planum est, quando sub, a, medium non continetur, posse tum utræque sumptiones, tum alterutram mentiri. Atque illa quidem satis de omnibus modis, quibus falsa opinio per ratiocinationem inducitur, tum in carētibus medio proloquijs, tum in ijs, quæ demonstratione probari possunt.

**D**einde rem docet: & quoniam hoc bifariam fieri contingit, aut enim per medium proprium fit deceptio, aut per id, quod proprio est simile. Ut triusque mentionem facit. Primum vero explicat eam deceptionem, quæ fit per medium proprium, atque ita inquit. Cum medium proprium est, non potest fieri syllogismus afferens deceptorius ex utræque sumptionibus falsis, sed neceſſe est, c, b, propositionem minorem demonstratiui syllogismi eandem esse, atq; ex consequenti veram esse, cum vniuersale afferens duntaxat colligi possit in primo modo primæ figuræ. Maior autem falsa erit, cum sit contraria Conuer-  
vera, quam Arist. conuersam vocat demonstrantis syllogismi: non sam pro-  
quidem secundum subiectum & predicatum, sed secundum affir- positione  
mationem & negationem. Res exemplo constabit.  
rum.

Cupit aliquis syllogismo deceptorio colligere hæc propositionem, Cum me-  
omnis homo est quantitas, quæ contraria est huic veræ propositioni, diū pro-  
nullus homo est quantitas, & collecta est hoc syllogismo: Nullum prius nō  
animal est quantitas, omnis homo est animal, ergo nullus homo est est.  
quantitas. Qui vult ergo afferentem illam propositionem colligere,  
minorem propositionem quæ vera est, retinebit, & contrarium ma-  
joris sumet, & conficiet hac ratione syllogismum deceptionis. Om-  
ne animal est quantitas, omnis homo est animal. Ergo omnis homo  
est quantitas.

Cum autem medium proprium non est, idem quoque existimare  
oportet. Non potest enim (inquit Aristot.) deceptorius syllogismus

V ex

## Commentarius

ex virisque sumptionibus falsis procedere. Cuius rei eandem rationem reddit, quācum est medium propium: retinēda si quidem est minor propositio syllogismi, qui scientiam facit. Bifariam autem contingit, cum medium proprium non est, fieri deceptionis syllogismū. Si enim medium sit terminus in feriore maiori extremo, maior propositio, d, a, vera esse poterit, minor falsa, ut cum ita colligimus. Omnis fortitudo est virtus, omnis scientia est fortitudo, ergo omnīs scientia est virtus. At vero si medius terminus non comprehendatur sub maiori extremo, maior propositio semper falsa erit, minor vero, & vera, & falsa esse potest, hoc modo. Omnis scientia est animal, omnis Musica est scientia, ergo omnis Musica est animal. Rursum, omnis Musica est candor, omnis Grammatica est Musica, ergo omnis Grammatica est candor. Postremò tandem epilogum facit eorum, que ab eo duobus his capitibus traduntur, cum inquit. Atque illa quidem satis de omnibus modis.

### Argumentum cap. decimiquarti.

Capite duodecimo admonuit Arist. duplēcēm esse ignoratiām, vnam affectionis prae, alteram verō negationis. Priorē explicuit duobus proximis capitibus, præsenti verō posteriorē ex planat.

### Cap. decimum quartum.

Illud verō iam propemodum est perspicuum, cui sensus alius quis desit, necessariō scientiam aliquam defuturam, quod eam discere iam, ac percipere non possit. Quicquid enim discitur, aut inductione, aut demonstratio ne cognoscitur: ac demonstratio quidem rebus vniuersis continetur, inducētio ex rebus singulis conficitur. At qui rerum vniuersarum citra inductionem habet cognitione non potest. id quod, vel apertissimè ostendunt ex res, quæ cogitatione abducta, & ab ijs rebus, quæ sub sensum cadunt separata, non possunt tamen planè, ac perfectè intelligi sine inductione. Et quanquā hæ res hoc ipso, quod ad sensum traducūtur,

non

### in caput decimum quartum.

74

non iam quasi abiunctæ, separatæque intelliguntur, semper tamē in ijs aliqua insunt, quæ non nisi hac ratione manifesta fieri possunt. Quis porro est, qui sensibus carens, possit aliquid inductio ne peraliceret? Etenim in singularibus versatur sensus. Nam istorum assūti non poterit scientiam. Ex vniuersis enim ipsis, citra inductionem nil percipi potest, inducētio autem non nisi opera sensum absolutur,

Summam totius capitū proponit initio Arist. ea est, necessariū est, ut cui deest aliquis sensus, desit etiam scientia, non omnīs quidem, sed ea tantum, quæ initium sumere debuit ex eo sensu, quo destinatur sumus. Quare qui videndi sensu caret, nunquam habebit ex ea etiam colorum cognitionem: neque qui olfactu, odorū: atque in ceteris simili modo. Nihil autem datur habere scientiam eorum verū, quarum cognitione comparatur illis sensibus, quibus prædicti sumus. loci.

Cum autem duplex genus sit rerum, quæ sentiuntur, nam quædā percipiuntur uno tantu sensu, & colores visu, quæ sensilia propria vocat Arist. aliae res pluribus sensibus percipiuntur, cuiusmodi est magnitudo, & motus, quæ ob eam causam sensilia communia rōcantur: cum inquit Arist. deficiente sensu necessarium esse ut scientia desit, eius scientia mentionem facit, quæ de prioris generis sensibus habetur, non quæ est de sensilibus secundi generis.

Rursum sententia Arist. vera est, modo sensu careamus ab oculis principio: nam si id contingat longo post tempore, nihil prohibet scientiam habere rei, quæ sentitur eo sensu, quem casu aliquo amissimus: atque id quidem non ex imaginibus nunc primum per sensum illatis in animum, sed ex veteribus. Hanc rem probat Aristot. ea tantum ratione, quoniam si sensu aliquo careamus, non possumus compare scientiam rei, quæ ad eum sensum pertinet, atque ex consequenti dicemur simpliciter ignorare eum ipsam rem. Quod autem si sensus deficiat, non possumus scientiam capere, demonstrat Arist. quoniam nulla via patet ad comparandam cius rei scientiam. Nam aut acciperetur per demonstrationem, aut inductione: neutrō tamen modo contingere nobis potest, si sensus desit. Hoc probatur.

V ij Primum

## Commentarius

Primum non potest inductione comparari, nam induc<sup>tio</sup> fit ex rebus singulis, singularia verò sensu cognoscuntur, ergo inductione comparari scientia non potest. Præterea neque demonstratione. Nā demonstratio est ex vniuersalibus, vniuersalia cognosci non possunt ignoratis rebus singulis, res autem singulae (vt ostensum est) nō possunt animo percipi, nisi per sensum, tanquam per medium, ergo si non sit sensus, nullius rei scientia per demonstrationem parari poterit. Discursus legitimus est, & eius singulae partes manifeste, modo illud explicemus, non posse cognosci vniuersalia, nisi prius res singulae cognoscantur. Hoc autem inde constat, quod vniuersalia abstrahuntur à rebus singulis, in quibus in sunt, ergo si non sit sensus, neq; scientia vlo pacto erit.

*Corollarium.* Ex ijs aperte colligitur, falsam esse Platonis sententiam existimantis, noticas quasdam nostris mentibus natura insitas esse, et hanc quidem sententiam obiter Arist. refellit. Nam si huiusmodi noticas animis consignatas natura haberemus, tametsi sensibus careremus, haberemus quidem scientiam earum rerum, quarum noticia existunt in animo, quod tamen nullo pacto fit.

## Argumentum cap. decimiquinti.

Capite tertio huius libri accepit Arist. citra demonstrationem predicationes non posse in infinitum procedere, atque ideo neque omnium rerum scientiam esse per demonstrationem. si quidem scimus principia citra illam demonstrationem. In præsentia vero, tradit decimquintum theorema, illud est, quod in demonstracionibus non licet procedere in infinitum, sed ex immediatis propositionibus fit demonstratio. Ratio est, quoniam predicata non procedunt in infinitum. Id vt efficiat commodius, ex libris de priori analyseretur non nulla Arist. quorum illud primum est.

## Caput decimumquintum.

om

## in caput decimumquartum.

75

Omnis ratiocinatio tribus extremis constat; atque est vna qui dicitur, qua affirmari, a, de, c, eo ostenditur, quod ipsum, a, de omni, b, dicitur, & b, de omni, c. Alia autem, qua negationem concludit, sumpta vna propositione aiente, altera negante. Ex quo planè, ac perspicue intelligitur, ipsas demonstrationis sumptiones, qua hypoteses appellari solent, esse illa ipsa, qua demonstrationum principia dicuntur. Neque enim, nisi acceptis quibusdam sumptionibus, quicquam demonstratur. Veluti cum omne c, esse, a, per medium, b, probatur: Ac rursus omne, b, esse, a, alio quodam medio: itemque omne, c, esse, b, alio.

Hoc est, tribus terminis, nam terminum extreum vocat: sunt illa maius extreum, minus extreum, & medium.

Secundo ergo loco accipit Arist. ratiocinationem esse duplicem, unam afferentem, alteram negantem. Ea est afferens, cuius omnes partes afferunt, ut omne, b, est, a, omne, c, est, b, ergo omne, c, est, a: ea verò negat, cuius altera sumptio negat, ut nullū, b, est, a, omne, c, est b, ergo nullū, c, est, a.

Tertio accipit Arist. sumptiones demonstrationis easdem esse cum principijs, ex quibus colligitur conclusio: nam principia ea sunt, qua sumuntur ad colligendum syllogismo conclusionem. Hoc significat Arist. his verbis.

Repetit quartù, quales sumptiones illæ sint, ex quibus demonstrationes conficiantur: & qua ratione demonstratio differat a syllogismo Dialectico, cum ait.

Atque ijs quidem, qui suas conclusiones ad opinionem dirigit, & Dialecticè tantum disputant, illud modo videndum est, ut sint quam maximè probabilia, qua ad probandum aliquid accipiuntur: adeò vt si re vera est interiectum aliquod medium inter, a, &, b: nec vllum tamen esse videatur: qui eam propositionē in probando quasi indubitatam accipit, is Dialecticè modo rem probasse censetur. Iis vero qui ad veritatem suas conferunt probationes,

Quid inter demonstrationem & syllogismum dialecticum cum difficerat.

## Commentarius

bationes, quid in ipsa re sit perperò spectandum.

*Differ ergo demonstratio à dialektico syllogismo, quod illa ex propositionibus efficitur, quae re vera atque omnino medio vacant: dialekticus autem syllogismus non omnino fit ex immediatis sumptionibus, sed ex ijs, quae videntur carere medio, tametsi medio non vacent. Ratio est, quoniam demonstratio scientiam efficit: dialekticus autem syllogismus opinionem.*

*Vtrum procedat prædicationes, ad syllogismum dialekticum referenda non est: quoniam cùmis procedat ex his, quæ dicutione videntur immediata, facile quidem erit exitum prædicationum inuenire. Refertur autem, atque pertinet quæstio proposita ad demonstrationem, quoniam difficile est explicare, vtrum re vera prædicatio amoustrat liqua immediata reperiatur. Altera ratio est, quoniam non satis continet ex stat, vtrum in ijs, quæ dicuntur per se, licet in infinitum procedere, non est autem quæstio, an id contingat in ijs, quæ secundum accidens dicuntur. Quare quæstio hæc non dialektico sed demonstratori negotium exhibet. Huins rei gratia Aristot. prædicationis duas partes refert illis verbis.*

Hoc autem, ut fieri possit, inde euenit, quod in unoquoque generi sunt quædam, quæ perse, non per accidens insunt, ac dicuntur. Per accidens autem interpretor, veluti si quis illud quod candidum est, dicat esse hominem: est enim hoc genus attribuendi illi valde dissimile, quo contra hominem esse candidum pronunciamus. Homini enim perse, non quia aliud quippiam esse intelligatur, candidum esse attribuitur. At candido non alia ratione attribuitur homo, quam quia ita forte euenit, ut qui homo esset, candidus esset. Sunt igitur in unoquoque genere aliqua huiusmodi, quæ propter se attribuuntur.

*Aliqua, inquit Aristoteles, sunt, quæ perse prædicantur. Alia, quæ secundum accidens dicuntur. Perse quidem prædicantur superiora de inferioribus, ut genera de suis formis: & præterea accidentia de subiecto, præsertim si propria sint: non enim per aliud subiecto insunt, sed perse. Per accidens vero subiectum de accidenti prædicatur: ut homo de candido. Non enim perse inest homo candido. His acceptis adducit*

## in caput decimumquartum.

76

*adducit Aristoteles tres quæstiones, quarum prima est, vtrum sumpto aliquo subiecto reperi possint infinita prædicata, quæ de illo dicantur. Hanc vero quæstionem Aristoteles adducit, cum inquit.*

Ergo ponatur, c, tale esse, vt nil infra se habeat, de quo enunciatur. Sit autem huic proximum, b, quod de illo affirmari potest circa vnum medium: tum deinde sequatur, d, quod de ipso, b, eodem modo dicatur: posthac constituatur, e, proxime antecedens ipsum, d. Nunc quero, num sit necesse, ut aliquis tandem reperiatur exitus, an vero ita superiora repetentem, regredi in infinitum licet?

*Secunda quæstio est, vtrum sumpto aliquo primo prædicato, nempe substantia, infinita subiecta esse possint, de quibus illud enunciatur. Hanc quæstionem adducit, cum inquit:*

Rursus ponatur, a, summum quoddam caput, de quo nil enunciari possit, dicatur autem primum omniū, ac circa vnum medium de ipso, f, tū ipsum, f, eadem ratione conueniat, g, deinde, &c, g, ipsi, b. Illud igitur hic rogo, futurum ne sit, ut tandem reperiamus infinitum aliquid, in quo necesse sit consistere, an vero hic etiam in infinitum progredi licet? Hoc vero interest inter hanc quæstionem, &c superiorem: quod illa, sumpto initio ab infimo, quod ipsum quidem de nullo dicitur, de illo autem alia enunciantur, illud querit, an superiora deinceps repeterendo, in infinitum regredi licet? in posteriore vero id queritur, si exordiamur à supremo aliquo, cui nil omnino possit attribui, ipsum autem de alijs affirmari queat, an inferiora deinceps persequendo, in infinitum progredi licet.

*Tertia quæstio est, vtrum sumptis duobus extremis altero summo, altero infimo, substantia in quam & Socrate, infra media esse possint, quæ intra illa duo extrema concludantur, & sane dunt taxat tribus his modis exercere potest quæstio illa initio proposita, an prædicationes in infinitum possint procedere. Istan vero tertiam quæstionem adducit, cum inquit.*

Existit porro, & tercia quæstio, possint ne media esse infinita, constitutis iam ante, ac definitis extremis, nec ne? Exempli causa, si dicatur, a, de omni, c, sitque horum medium, b: deinde inter, a,

&

## Commentarius

& b, alia interposita sint, ac rursus inter hæc alia: est ne necesse, vt certo quodam numero sint ista media, an verò in infinito numero esse possint? atque has questiones tractare, nil est aliud, quam querere, an demonstrationum progressus in infinitū possit produci: & an possint omnia evidenti probatione confirmari, an potius sint aliqui tandem fines, vbi probationum exitus reperiatur.

*Negatio-*  
*nibus*  
*etiam accō-*  
*modatur*  
Vnum tamen admonet Arist. quod huic modi questiones posse sunt etiam accommodari enuntiationibus negantibus, perinde atque affirmantibus. Hoc significat his verbis.

Eadem questio etiam ad eas tum ratiocinationes, tum propositiones, quæ aliquid negant, accommodari potest. Velut si de nullo, b, dicatur, a, aut de hoc primum, ac circa medium negabitur, aut verò aliquid interiecerit, de quo prius negabitur, vt de, c, verbi gratia, quod in ipso, b, omni dicitur: rursus & aliud erit, in quo prius negatio vera erit, vt, d, quod de omni, c, enuntiatur. Hic igitur num queri rectè potest, sit ne eorum infinitus numerus, quibus prius non inesse ipsum, a, reperietur, an verò certus, ac definitus?

*Locū non*  
*habet ea*  
*q̄stio cum*  
*sunt pa-*  
*res.*  
Postremò admonet propositas questiones non habere locum, cū termini reciprocantur, aut pares sunt. Ratio est, quoniam inter eos nullus est, qui superior aut inferior altero putari possit: vt accipimus primum aut infimum. Quanquam eorum terminorum, qui cū alijs retro comeant, ea est natura, vt quidam alijs per se insint, quidam non per se, sed per accidens. Si quidem natum ad risum. v.g. homini per se inest, ac de eodem per se prædicatur. Homo verò non per se inest nato ad risum, sed ex accidenti, & quidem tamet si cum pares sunt termini, questiones proposita locum non habeant, haberet sanclocum ea questio, utrum infinita ea esse possint, quæ per se insint alteri, an finita potius, & rursum utrum simpliciter infinita prædicta vel subiecta reperiantur. Hec omnia significat Arist. cum inquit.

In ijs autem, quæ reciprocantur, non possunt hæc questiones eodem modo locum habere. Quæ enim viciissim retro comeant, in ijs nill tale reperitur, de quo primo, & de quo ultimo alterum

enuncie-

## in caput decimum sextum.

77

enunciatur: quia paria sunt inter se omnia. Veruntamen eatenus hæc questiones ipsi accommodari possunt, quatenus id queritur, possint ne infinita esse ea, quæ per se alteri attribuuntur? aut etiā possint ne tum subiecta, tum attributa infinita esse? led cum ista reciprocatur, inter attribuendi genera hoc interest, quod vna est per accidens, altera propria, ac per se attributio.

## Argumentum cap. decimi sexti.

Reposuit Arist. superiori capite tres questiones, quibus explicatur, & constat uniuersum negotium de processu in infinitum in prædicationibus: nunc in primis solvit tertiam questionem, cū inquit.

## Caput decimum sextum.

A primum, minimo negotio illud ostendi potest, fieri non posse, vt media sint infinita, si sursum, ac deorsum extrema reperiantur attributa, in quibus necessario sit resistendum. Ego autem summa attributa interpretor, quæ sunt maximè generalia, infima autem quæ minimè generalia sunt, ob idque in parte maximè intelliguntur. Si igitur extrema sint, a, &, f, quorum a, in omni, f, dicitur, infinita autem media, b: quid quæso apertius est, quam illud: si quis ab, a, ad infimum peruenire velit, futurum, vt infinita attributa prætergrediatur? priusquam enim ad, f, deueniat, interiecta sunt infinita. Et contra si ab, f, velit ad summum ascendere, necesse esse, vt prius infinita media percurrat, quam ad a, peruenierit? Quare si omnino ista fieri non possint, & illud quo que absurdissimum est, inter, a, &, f, in media esse infinita.

Statuit itaque Arist. hanc conclusionem. Fieri non potest, vt media infinita sint, si extrema sursum & deorsum de finita sint, atque certa. Extrema autem vocat infimum & supremum. Infimum quidem, id est, quo non est aliud inferius. Supremum verò quod est maximè generale. Hanc conclusionem una duntaxat ratione demonstrat, ea sic colligitur. Infinita per curri non possunt, sed ab uno extremo in aliud semper est transitus. Ergo inter extrema definita &

X certa

## Commentarius

certa non possunt esse media infinita, discursus legitimus est, & ut  
traque pars antecedentis usque adeo plana atque aperta, ut probatio  
ne non indigeat, occurrit deinde obiectioni, cum inquit.

Neque vero id quicquam nostra rationi officit, quod diceret  
fortasse quispiam, ex medijs quædam esse, quæ continenter, nul-  
loque interposito sequantur ipsum, a, b, c. Alia autem esse, quæ  
omnino ne accipi quidem, ac inueniri possint. Quocunq; enim  
ex ipsis, b, me dijs accepto, num semper, aut versus, a, aut versus, f,  
media restabunt infinita, an non? Nam unde primum incipiat in  
finitas, continuo ne à principio, an paulò post, nil refert, modo a-  
liquam tandem infinitatem paulò post sequi ostendam.

Portur quispiam dicere, superiorem rationem veram esse, si me-  
dia atque extrema in vicem se habeant, id est, Immediata sint: at-  
qui media infinita collocat inter extrema finita, dicit, nihil esse im-  
mediatum, sed inter quæcunque sumantur aliud iacere medium, re-  
spondet Arist. hoc nihil impedire, quo minus vera sit sententia pro-  
posita: nā siue quæ sumuntur immediata sint, siue medium habeat,  
inter extrema finita media infinita collocamus: quod fieri nulla ra-  
tione potest.

### Argumentum cap. decimoseptimi.

**A** Nequām Arist. demonstrat, demonstrationes afferentes ne-  
que sursum neque deorsum in infinitum posse procedere, p̄r-  
æstic capite probat eandem subire rationem demonstrationes nega-  
tes, quæ rationem subeunt affirmantes: quod pertinet ad hanc rem,  
ut intelligamus, quæ de affirmantibus dicuntur, negantibus con-  
venire.

### Caput decimum septimum.

**S** Equitut deinde, ut planum faciamus, si in affirmantibus de-  
monstrationibus termini tādem aliqui utrinque reperiuntur,  
quos exceedere non licet, necesse esse, ut suos etiam quosdam  
fines habeat negans demonstratio.

Sum-

### in caput decimum septimum.

78

Summa totius capitil vna ista assertione continetur, si in affir-  
mantibus demonstrationibus non licet in infinitum procedere, sed  
utrinque termini aliqui reperiuntur, quos exceedere non licet, ne-  
cessere est, ut suos etiam fines habeat negans demonstratio, illam ut  
probat, accipit Aristotel. quoddam postulatum, id continetur his  
verbis.

Ponatur igitur nunc, neque ascensum ab imo ad summum in-  
finitum esse, neque de centrum à supremo ad infimum, sumum au-  
tem ego hic interpretor, quod de nullo dicitur, de ipso autem su-  
periora multa enunciantur. Supremum autem, ac primum intel-  
ligo, quod ipsum quidem in alijs dicitur, in illo autem nihil. Hoc  
itaque positio, facile erit intelligere, in negationibus exitum tandem  
aliquem futurum.

Illud est, quod in demonstrationibus afferentibus non licet abiare  
in infinitum, sed reperitur supremum aliquod atque infimum. Quo Postula-  
rum utrinque explanat hoc loco, tamen si id quoque superiori proximi-  
mo capite fecerit. Infimum seu imum illud est, quod de nullo dicitur,  
de ipso tamen multa enunciantur. Huiusmodi est in dividuum. Sum-  
mum est quod de alijs enunciatur, de ipso vero nihil potest enuncia-  
ri. Id genus est genus supremum, vel Porphyrio aurore in sermone Infimum  
despecie. Istud theorema communis ratione monstrari facile pos-  
sit, ad quam tandem cetera omnes rationes referuntur. Nunquam  
negatio colligitur sine affirmatione, ut monstratum est in libris de Summis:  
priori resolutione, sed omnis affirmationis aliquis tandem exitus re-  
peritur: ut idem monstrat proximo capite, ergo & cuiusvis negatio-  
nis: nam si negationis finis nullus esset, neque esset finis affirmatio-  
nis. Non est tamen ea ratione contentus Arist., quinimo quoniam  
negatio omnibus tribus figuris cocluditur, in omnibus ipsis & seorsum  
in singulis exitum aliquem reperiiri aperiē demonstrat, exorsus à pri-  
ma figura. Hoc prestat, cum inquit.

Tribus enim tantum modis negatio concluditur. Primus est  
cum ita disponuntur sumptiones, ut propositione sit, nullum, b, est  
a: assumpto omne, c, est, b. Ac perspicuum quidem tam est, hinc  
assumptionem, b, c, atque adeo temper alteram ex sumptionibus

Xij quam

## Commentarius

quam necesse est, esse affirmationem, ad primam tādem, medio que carentem propositionem reuocatū iri. Alterius autem propositionis attributum, si non primo negetur de, b, sed de altero prius, vt, d, necessarium erit, vt ipsum, d, in omni, b, insit: actrus, si aliud quippiam est, de quo prius negetur, a, quād de ipso d, illud similiter oportebit in omni, d, affirmari. Quoniam igitur in hac probandi ratione, deorsum versus finis reperitur, vbi consistendum sit, erit etiam superiora repetenti, in summo aliquid vbi consistat. Atque erit tandem aliquid, de quo vniuersè, ac circa vnum medium negabitur, a.

*Demonstratio, quæ fit in prima figura, maiorem sumptionem negantem haber, minorem verò afferentem. Vtraque autem finem habet, affirmativa enim tandem immediata reperitur, quemadmodū proximo capite mōstrat Arist. Idem autem existimandum est evenire in propositione negante in prima figura. Nam si hæc propositione v.g. nullum, b, est, a, non est immediata, necesse est, vt, a, prius non insit alteri, quam, b, illud nempe, d, si accipiatur pro medio inter, a, & b, necesse est, cum demonstrationem facimus, vt vniuersè prædicetur de, b, cum in prima figura necessarium sit minorem propositionem afferentem esse. Deinde, si illa negatio immediata non sit, necesse est, vt, a, prius non insit alteri quam, d, si illud, c, quod perinde atque, d, in minore propositione vniuersè prædicabitur de, b, ergo vel perueniendum est tandem ad id, cui primo addimitur, a, aut procedendum est in infinitum in prædicationibus afferentibus, quod est planè contra hypotesim.*

Rursus si facta sit hac dispositione ratiocinatio, omne, a, est, b, nullum, c, est, b, nullum igitur, c, est, a: velit autem quippiam etiam hanc assumptionem probare, necesse erit, vt aut primam illam formam, ac dispositionem sequatur, aut hanc ipsam, quæ hac ratiocinatione continetur, aut tertiam. Ac de illa quidem prima figura iam satis dictum est: nunc secundo explicabitur, in qua ad hunc modum res demonstrabitur, vt (si modo sit aliquid, quod de ipso, b, dicatur, verbi gratia, d) hac forma collocentur sumptio nes: omne, b, est, d, nullum, c, est, d.. Ac rursus, vt de nullo, c, dicatur, d, ita aliud quippiam accipietur, quod in omni quidam, d, affirmabitur

## in caput decimumseptimum.

79

firmabitur, sed in nullo, c, enunciari poterit. Quia ergo sursum versus est aliquis in affirmationibus exitus, necesse etiam est, vt in negationibus aliquid tandem inueniatur, vbi sit resistendum.

*Hinc transit ad secundam formam aut figuram, quam explicat da figura exemplo, & probat negatiuam demonstrationem, quæ in ea efficitur figura, finem habere: hac ratione. Si quis monstrare velit hanc propositionem nullum, c, est, b, per medium, d, quod vniuersè tribuitur, b, & negetur de, c, hoc modo. Omne, b, est, d, nullum, c, est, d, ergo nullum, c, est, b, in secundo modo secundæ figuræ. Sit autem minor propositio, quam assumptionem vocat Arist. medio prædicta, necesse quidem erit medium accipere, nempe, e, quod affirmatè dicatur de, d, negetur verò de, c. Hac ratione, omne, d, est, e, nullum, c, est, e, ergo nullum, c, est, d. Hoc si fiat sine fine illo, necesse erit prædicationes afferentes ab ire in infinitum, quod à wœci repugnat, ergo negatio in secunda figura exitum habet.*

*Idem quoque fateri necesse est, cum negatio in tertia figura existit, quod Arist. significat his verbis.*

Tertia forma est cum ita concluditur, nullum, b, est, c, omne, b, est, a, quoddam igitur, a, non est, c. Vbi rursus est demonstranda propositio necesse est, vt aut altero modo ex ijs duobus, quos proxime exposimus, id fiat, aut hac ipsa forma. Atque insuperioribus quidem illis probandi rationibus, fines tandem aliqui recuperiuntur. Hac verò forma si quis id monstrare instituerit, ita necesse est medium accipiat, e: verbi gratia, vt de nullo, e, dicatur c, in propositione: in assumptione autem, in omni, e, dicatur, b: eodemque modo in alijs rursus faciat, si qua alia reperiatur media. Postquam igitur id positum est, affirmations deorsum versus sua habere quedam extrema, illud etiam necessariò efficietur, ad extremum quoddam tandem peruenturas negationes, in quibus, c, de aliquo negatur.

*Ratio vero sic explicatur, si negatio tertiae figuræ, quæ sumitur ad colligendam conclusionem, medium aliquod habet, per quod mōstrari possit, aut monstrari debet per primam figuram, aut per secundam, aut per tertiam: si per primam aut secundam mōstrari debet, necessariò tandem deueniendum est aliquando ad primam atque imme-*

## Commentarius

immediatam negationem, quemadmodum paulò superius demonstrauimus. Si verò per tertiam figuram monstrari debet, tunc temporis aut in affirmationibus procedemus in infinitum, aut aliqua est prima atque immediata negatio. Hoc palam est, nam si hæc propositio, nullum, b, est, c, quæ est maior huius syllogismi, nullum, b, est c, omne, b, est, a, ergo aliquid, a, non est, c. mediata sit, & monstrari debeat in tertia figura per medium, e, inerit omni, b, & negabitur de aliquo, c, hoc modo. Omne, e, est, b, aliquid, e, non est, c, ergo aliquid, c, nō est, b. Proculdubio ergo aut danda est prima negatio, aut prædicationes afferentes in infinitum proficiuntur, quod pugnat cum hypothesi.

Est porrò illud etiam ex ijs perspicuum, quòd si non una tantum via, ac ratione huiusmodi probentur negationes, sed simul omnibus: ita, vt partim in prima figura, partim in secunda, & partim in tertia concludatur, planum, in quam, est hoc etiam modo necesse esse, vt aliquæ tandem veluti stationes reperiantur, in quibus commorandum, & acquiescendum sit. Etenim hæc viæ sunt finitæ: quæ verò certa sunt, ac definita, si non nisi certo quodam numero accipiuntur, quomodo non facient totum quod ex ijs coniunctum erit certum, ac finitum? Est igitur perspicuum in negationibus certos quodam ac definitos esse terminos si modo in affirmationibus quodam esse admittatur.

Diluit ob  
sectionē. Diluit Arist. obiectionem, posset quispiam dicere, verum esse, quòd neque in prima neque in secunda neque in tertia figura negationes infinitæ reperiuntur: acqui si simul omnes sumantur, numerum efficiunt infinitū. Hoc inquit, falsum est, nam quæ finita sunt, si finitis summantur, non possunt confidere numerum infinitum, quemadmodum contingit in præsentia. Ergo perspicuum ex his fit, in negationibus certos esse terminos, si sunt illi in affirmationibus. Quod probandum suscepérat Arist.

### ¶ Argumentum cap. decimioctauum.

Monstrauit Arist. si extrema finita sint non poss: media esse infinita. deinde negationes immediatas esse, si sunt immedi-

## in caput decimuoctauum.

80

ta affirmations, in præsenti verò capite demonstrat, affirmationū extrema esse tam versus summum, hoc est supremum genus: quām versus imum: id est individuum. Sed quoniam ad individua facile peruenitur, vt exiguo negotio probari posit versus imum, in prædicationibus afferentibus finem esse aliquem. A prima enim substātia nulla est prædicatio: quare vniuersum rationum apparatum hac transfert, vt probet, versus summum, exitum esse in huiusmodi affirmationibus. Adnectit autem proximè hanc disputationem, cum inquit.

## Caput decimuoctauum.

Quod verò in his ipsis exitus tandem aliquis reperiatur, nunc demonstrabimus.

Atque vt rem doceat inquit.

Ac primum Logicè ista consideranti, non est difficile, quām id verum sit cernere. Imprimis certa esse ea, quæ in definitione accipiuntur, vel hinc planum esse potest, quod si declarari aliquid definitione posse, aut verò quid sit res posse oratione cognosci statuatur, necesse est numero quodam certo esse ponantur, quæ in oratione, quid res sit explicante adhibentur: si quidem infinita nemo possit animo, ac cogitatione percurrere.

Bifariam inquit Arist. rem propositam explicari posse, Logicè videlicet & proprijs argumentis. Verum vt locus constare posit, statim dicendum est quid sit Logicè quippiam probare, & quæ sint Logica argumenta. Alexander Logica argumenta vocat, quæ probabilitia sunt, & rationi consentanea, cuiusmodi sunt ea, quibus initio huius capitii vtitur Arist. Ergo tamen sequutus fortasse Arist. sententiam, qui dialecticam ipsam communem scientiam vocat capite nono huius libri sic existimo: Logica argumenta appellari quæ propria non sunt propositi negotijs, sed multarum sunt artium communia, & seruire pluribus disciplinis possunt. Quare Logicè rem probare est eiusdem fidem facere probabilibus & communibus rationibus, quales sunt illæ, quibus Arist. initio huius capitii quæstionem propositam.

## Commentarius

*propositam exercet, traditatque. Prima ergo ratio, qua virtutur ad probandum affirmationum quosdam esse terminos, sic explicatur. Sicut finire rem possumus, & cognoscere eandem, necesse est ea omnia, quae in definitione ponuntur finita esse, at qui definire contingit, & definitione agnoscere, ergo quae in ea ponuntur praedicata, finita sunt, neque in eisdem licet procedere in infinitum. Discursus legitimus est, ut plane constat, maior aperta est, cum per definitionem rem cognoscamus, & infinita non possint animo percurri. Minor quoque manifesta est, alias inducens incomprehensibilitatem, que pugnat cum ipsa rerum natura. Nemo enim ignorat, nos multa cognoscere, quare in huiusmodi praedicatis substantialibus non licet procedere in infinitum.*

In uniuerso autem genere eorum, quae de altero dicuntur, id est illud verum esse, hoc modo planum, ac manifestum faciam. Venerum quidem dicimus, cum hoc modo pronunciamus, quod candidum est ambulare, aut illud quod magnum est, lignum esse: & rursus, cum lignum esse album, aut hominem ambulare enunciamus.

*Superiori ratione monstrauit Aristot. ea praedicata, quae de alijs dicuntur secundum essentiam atque substantialiam, aliquos tandem fines atque terminos habere, quae ratio cum non complectatur omnia sunt enim multa, quae licet non praedicentur secundum substantialiam de alijs, praedicantur tamen secundum naturam, præter hæc sunt alia, quae secundum accidens dicuntur. Communes rationes adducit, quibus palam facit, in quibusuis praedicatis in esse tandem fines aliquos. Id vero ut planius atque uberioris demonstraret, distinctione quædam atque etiam distributione praedicatorum virtutur, quae lumen atque Splendorem conciliat orationi. Illa vero diuisio sic accipitur. Duo in rerum natura reperiuntur substantialia inquam, atque accidentis: ex his vero trifariam contingit effici prædicationem: aut enim accidentis de accidenti prædicatur, ut cum dicimus, album ambulare. Aut substantialia de accidenti, ut cum afferimus, album esse lignum. Aut denique accidentis de substantialia, ut cum enunciamus hominem ambulare.*

Trifaria  
prædicatio  
sit.

## in caput decimum octauum.

81

*ambulare. Quanquam enim alijs modus sit prædicandi ab ijs diversus, cum inquam substantia de substantia dicitur, ut homo est animal, huiusmodi Arist. mentionem non facit presenti loco, quoniam eius meminit paulo superius, cum differeret de ijs, quæ secundum substantialiam prædicantur.*

Inter hoc tamen enunciant genus, atque illud, plurimum interest. Quando enim, quod album est, lignum esse dico, nil dico, nisi illud cui forte accidit, ut album esset, lignum esse: nec ita attribuo lignum albo, quasi subiectum quoddam ligno sit albū: si quidem id vnuenire hoc loco non videmus, ut fuerit prius id, quod album est, aut omnino, aut pars eius, res quædam ipsa per se coherens, tum deinde illi conueniret lignum esse: quare quod album est, lignum esse, id fortuitum, ac per accidentem tantum est: quando vero lignum esse album dico, id ego non volo, rem quandam albo subiectam esse, cui idem acciderit, ut præter id, quod alba est, lignum esset: qualiter sit, cum ita enunciatur, Musicum esse albū: id enim ex eo verum est, quod eidem homini, qui Musicus erat, contigit, ut albus etiam esset: sed illius enunciationis ea vis est, ut albo subiectum sit lignum, cui illud non alia ratione conuenire coepit, nisi qua lignum est, aut species quædam illius. Ac si hic nihil legem ponere, certumque aliquid statuere liceat, tum dici aliquid, attribuque, statuarur, quando posteriore hoc genere enunciabitur: cum vero illo priore modo fiet pronunciatio, tum, aut nullo modo dici, aut non simpliciter, sed ex adiunctione per accidentem attribui censeatur.

*Vbi Arist. modos prædicandi recensuit, accuratè explanat singulos: docetque, qua ratione distinguantur. Inquit ergo quod Vbi qui modos propriam dicunt, album esse lignum, significat sanè, cui accedit ut album dicādi ex esset, id lignum esse. Non est autem eius orationis hic sensus, subiectum ligno album esse. Hoc probat, quia id est subiectum alterius, quod sit, quod de ipso dicitur. Ut homo candoris subiectum est, quia fit candidus. Atqui neque candidum neque peculiare aliquod candidum sit lignum ergo candidum non est subiectum ligni. Nota est consequentia, & maior aperta minor probatur, quoniam accidentis non potest esse subiectum transmutationis, sed si qua ratione can-*

X

dado

## Commentarius

dido lignum ineſt, id quidem fortuito accidit atque per accidens. Nā accidit, vt cui ineſt candor, lignum ſit. Cum verò dicit quiſpiam, lignum eſſe album, non ſignificat aliud à ligno album eſſe, cui acciderit, vt eſſet lignum, quemadmodum contingit, cum accidens de accidenti enunciamus, & Musicum ambulare dicimus, aut candidum eſſe. Sed ſignifico lignum eſſe candoris ſubieſtūm: nam ipſum lignū factum eſt candidum.

Hinc nos variis modis prædicandi ſumemus: quædam enim prædicantur ſecundum naturam, alia præter naturam aut ſecundum accidens. Posteriori modo prædicatur ſubieſtū de accidenti, vt albu m eſt lignum: aut accidens de accidenti: quorum utrumque non eſt eiusdem cathegoriæ, aut ordinis, aut unum non ponitur ſub altero. Ut Musicus canit: Musicus eſt candidus. Quæ ſecundum naturam prædicantur, dupli genere continentur, aut enim ſecundum ſubieſtū fit prædicatio, vt homo eſt animal: aut accidens de ſubieſtū ſibi ſubieſtū enunciatur, vt homo eſt candidus. Verum de hac re plu-

Obſerua rā diſſeruimus ad calcem commentariorum in quinque voceſ Porphyri. Illud tamen admonet Arist. quod eſt quidem animaduertio ne digrum, quæ ſecundum naturam prædicantur, ea ſimpliſtiter proprieque prædicari. Quæ verò non prædicantur ſecundum naturam non propriè prædicari dicuntur, ſed cum quadam adiectione, hoc eſt ſecundum accidens. Quam appellationem Aristot. primus inuenit. Quod loquendi phraſi, & dicendi charatere facile conſtarē poſſit.

Atque eſto attributum, vt album: ſubiectū autem, vt lignū. Ponatur igitur omne attributum de ſubiecto ſimpliſtiter, ac non per accidens dici: quandoquidem talia ſemper ſunt, quæ in demonstrationibus adhibentur. Vnde illud ſequitur, quandoquidem unum vni attribuetur, neceſſe eſſe, vt attributum, aut in eſtentia rei contineatur, aut ſignificet qualitatem, aut quālitatem, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut locum, aut tempus.

Aſſignat p. Præſenti loco aſſignat Arist. diſcrimen inter ea prædicata, quo- diſcrimē rum fecerat paulo ſuperius mentionem, ſimulque docet, quod genus inter p. prædicatorum accommodari poſit demonstrationibus conficiendis. dicata. Inquit ergo ea p. prædicata, quæ ſecundum naturam de alijs dicuntur, demonſ

## in caput decimum octauum.

82

demonstrationibus ſeruire. Cetera verò minime. Ratio eft, quia ex ijs quæ per ſe ſunt, & de ijs quæ per ſe ſunt, demonstrationes ſunt. Ut monſtratum eft capite quarto & ſexto, fortuita verò aut accidentia procul à demonstrationibus reiſciuntur. Vnde ſit, vt cùm ſolum prædicari ſimpliciter dicatur, quod non dicitur ſecundum accidens, ſed potius ſecundum naturam, quōties contingit, vt unum de uno prædicetur, aut prædicatur ſecundum ſubieſtū, vt, conſtet ne cælum quatuor elementis: aut ſecundum qualitatem, vt virū ſphericum ſit: aut ſecundum quantitatem, vt, utrum infinitum ſit: aut ad aliquid, vt, ſit ne cauſa eorum, quæ ſub eo ſiunt: aut agere, ve agat ne: aut pati, vt, utrum prouidentia regatur: aut ubi, vt, utrum elephanti in India naſcantur: quando, vt, ſint ne longa vita, ſitum eſſe, vt, utrum poſſint recumbere: habere, vt, pilis ne teguntur. Diſtūm eft autem ubi unum de uno prædicatur, quoniam ſi prædicatum unum non ſit, neceſſarium non eft ad aliquem ordinem iſtorū pertinere. Deinde aſſignat diſcrimen inter ea, quæ ſimpliſtiter, aut ſecundum naturam prædicantur, cum inquit.

Iam verò, quæ ad explicationem naturæ pertinent, ita ſemper ſubiecto attribuuntur, vt ſubiectū ſignificant eſſe id ipſum, quod attribuitur, aut huius partem aliquam. Quæ autem rei naturam non declarant, ſed in ſubiecto quodam dicuntur, quod nec illud ipſum eft, quod ei attribuitur, nec illius generis quippiam, ea accidentia dicuntur: quomodo album de homine dicitur. Neq; enim homo eft illud ipſum, quod ſignificat album, neque, quod ab aliqua albi differentia ſignificetur: ſed homo animal eft fortasse, atque adeo quod animal ſignificat, illud ipſum homo eft. Quæ porro non declarant rei naturā, ea ſemper in ſubiecto aliquo inſunt, nec eft quippiam, quod ita album dicitur, vt nil aliud ſit, quam id ipſum, quod hoc verbo, album, declaratur. Nam ideas hoc loco valere iubeamus. Nil enim quam nugæ, & quaſi inaneſ cantio-nes ſunt: & ſi ſint, nil tamen ad hanc noſtrā diſputationem per- tinent: quandoquidem in ijs rebus demonstrationes veriantur, quæ in ſubiecto inſunt.

Ergo quæ ſecundum naturam prædicantur, duplicitia ſunt: quæda- enim pertinent ad explicandam naturam, alia verò minime. Quæ

ijs pertinent

## Commentarius

perinent ad explanandam naturam, semper conueniunt subiecto, & præterea significant subiectum idem esse omnino cum prædicando, aut eius partem aliquam. Priori modo prædicatur definitio de re, quæ definitur, ut animal particeps rationis de homine: sunt enim idem secundum rem definitio & res, quæ definitur. Posteriori vero prædicatur genus de specie, ut animal de homine. Et hæc secundum substantiam, aut essentiam prædicantur, & quæ ab his prædicatio sumitur, substantialis vocatur. Quæ vero non pertinent ad naturæ explicationem, hæc neque idem sunt cum re, quæ subiicitur, neque sunt pars eius aliqua, ut album, si ad hominem referatur. Et hæc Jane accidentia vocantur, & quæ ab ipsis ducitur prædicatio, accidentaria dicitur. Hoc tametsi verum sit, non prædicantur de subiecto hæc secundum accidens, sed potius secundum naturam: quoniam ita natura comparatum est, ut accidens quia in subiecto existit natura de eodem secundum naturam prædicetur.

**Obiectio.** Posset quipiam dicere, ea prædicata quæ significant substantiam, & perinent ad explicationem naturæ, non esse id ipsum, de quo prædicantur, si quidem ipsa prædicata declarant quasdam naturas rerum, atque ideas, quæ ab omni sece corporis sunt immunes. Huic obiecione Arist. occurrit dicens, ideas hoc loco valere iubeamus, nihil enim quam nugæ & quasi innanæ cantiones sunt: & si sunt, nihil tamen ad hanc nostram disputationem pertinent, quandoquidem in ipsis rebus demonstrationes versantur, quæ in subiecto insunt. Quibus verbis, ut solet, obiter Platonem reprehendit, qui ideas introduxit: hoc facit, dum illas nugæ vocat, & quasi innanæ cantiones.

Solutio. Quanquam autem ideæ essent, quas singit Plato, illæ quidem non pertinerent ad præsens negotium, quod de demonstratione susceptu ad demonstrandum est. Huins rei ea ratio est, quoniam demonstrationes de ipsis rebus sunt, non species quæ in natura existunt, & in substantia versantur (nam per principia de subiecto genere passiones demonstrantur) huiusmodi vero ideæ quas Plato admittit, procul absunt a corpore, & subiecto: quare illæ nihil emolumenti ad ferunt ad demonstrationes cōficiendas.

At Plato quoniam videbat demonstrationes esse rerum, quæ per se sunt:

## in caput decimum octauum.

83

sunt, & perpetua, ac necessariae, confessus est de ideis haberi demonstrationes: nam ideas duntaxat perpetuas, ac necessarias arbitrabatur.

Hinc contendit Arist. quo conatus initio disputationis referabantur: pergit enim monstrare, demonstrationes afferentes non procedere in infinitum versus summum, ut constare posse tertia illa quaestio, cuius mentionem fecit initio huius disputationis: nam duæ aliae explanatae iam sunt, ut, quod non possint media esse infinita, si extrema finita sint, & versus imum exitum tandem esse aliquem, cum individua cernamus, quæ de nullo prædicantur: prius tamen quād id faciat, iacit Arist. quoddam fundamentum, cum inquit.

Iam si non potest, ut hoc est illius qualitas, ita vicissim illud huius esse, nec omnino fieri possit, ut sit qualitatis alia qualitas: illud profectò fieri non poterit, ab accidentibus vlla sit retro cōmeans attributio, non quod verum hoc modo dicere, non liceat: sed cū retrò vertitur ab accidentibus enunciatio, fieri non potest, ut præter id, quod vera sit, etiam proprium, ac legitimum genus attributionis contineat.

Fundamentum quod iacit, illud est. Fieri non potest, ut qualitas v.g. sit qualitatis qualitas, aut denique vnum aliud ex nouem ordinibus accidentium: Si quidem vnum accidens non est alterius subiectum: unde non potest retrò cōmeanre ea prædicatio, in qua accidens de substantia dicitur, tametsi vera efficiatur prædicatio commutata prædicandi ratione, ut cum dicimus, homo est candidus, candidus est homo.

Quid enim? ita ne attribuentur illa, ut essentiam de clarent, ac perinde dicantur quasi genera, aut differentiae eorum, quæ attribuuntur generum: Atqui paulò ante demonstratione est, ista nec ascensu nec descentu infinito contineri. Veluti si hominem, dein de bipedibus, tum animal, tum superius animali aliquid accipias, in infinitum non progredi: ut nec si inferiora persequaris, attribuendo animal homini: tum hominem Calliz, deinde Calliam alicui alteri, cuius in essentia contineatur. Omnis enim, quæ aliquid est superius, & inferioris substantia, definitione explicari potest, infinita autem nemo potest cogitatione comprehendere. Quare si non:

## Commentarius

non possit ea substantia definiri, de qua infinita dicuntur, necesse est, ut tum sursum, tum deorsum sit aliquis tandem exitus.

Hoc loco incipit Aristoteles probare, prædiciones, aut demonstrationes afferentes, non posse in infinitum procedere, primum autem omnium de ipsis facit demonstrationem, quæ alijs attribuuntur secundum substantiam, atque essentiam: illa vero ita colligitur. Quod præ Syllogismus. dicatur secundum naturam, aut prædicatur ut substantia, aut non:

sunt substantia, aut ut genus, aut sicut differentia: hæc autem in infinitum abire non possunt, neque versus summum, neque versus imum: est enim supremum genus, ad quod contendamus, & etiam individuum, quod de nullo dicitur, nam de homine bipes prædicatur, de bipe de animali, de animali animatum, de animato corpus, & tandem de corpore substantia. Idem quoque contingit versus imum. Hanc rem eadem ratione probat, quia superius unus est, nempe quia hæc prædicata naturam explanant, & in oratione ponuntur dicente quid est, ergo non sunt infinita. Nam alijs nihil possemus per definitionem cognoscere, cum ignoretur definitio, quæ infinitis partibus constat, quæ per curri animo non possunt. Atque hoc verum est, cum recta procedit demonstratio. Quoniam vero suspicari posset aliquis, posse accidere, ut circulo in infinitum abeamus, tametsi recta non possimus, suspicionem addimit Aristoteles dicens.

At certè non possunt ita vicissim retro attribui, ut genera esse intelligatur, alio qui efficietur, ut idem sit id ipsum, quod est. Sed nec de qualitate, nec de vello alio accidente potest velum accidens dici, nisi per accidens, quandoquidem ista omnia aduentitia sunt, & in substantia semper cernuntur.

Ratio ergo hæc est. Quæ secundum circulum prædicantur, & quæ monstrantur circulo, necesse est paria esse, ut capit. tertio monstratum est: quæ vero prædicantur secundum substantiam (id genus sunt species & genera) non sunt huiusmodi, nam quod subiectum, pars rationem habet, attributum vero totius, ergo neque secundum circulum ista in infinitum progrediuntur, immo vero neque circulo monstrari possunt, alioqui totum atque pars equalia erunt. Neque id con-

## in caput decimum octauum.

84

id contingit solum in his, quæ secundum essentiam, & substantiam prædicantur, sed etiam in accidentibus, cum secundum naturam dicuntur. Omnia enim alia substantijs accidunt, & de eisdem subiectis dicuntur secundum naturam: contra vero non contingit, ut, inquam, de accidentibus substantia dicatur secundum naturam.

Quod vero superiora per sequentem non licet in infinitum regredi, hinc intelligi potest, quod omne, quod de qua re dicitur, aut quale sit, aut quantum sit, aut simile aliquid indicat, aut vero essentiam rei declarat. At qui certo numero sunt, quæ in natura rei continentur: & reliqua etiam attributionum genera finita sunt. Hæc enim ferè sunt, quale sit, quantum sit, ad aliquid, faciens, patiens, ubi sit, quando sit.

Repetit hoc loco duas hypotheses necessarias ad demonstrandum Prima non licere progreedi in infinitum. Primum accipit, quod de unaquaq; hypothese aliquid prædicatur, quod aut quantum est, aut quale, aut denique sit. cuiuspiam alterius ordinis. Hæc autem definito aliquo, certoque numero comprehenduntur. Nam decem tantum (ut ostensum est) genera suprema sunt, ad quæ pertinent omnia, quæ sunt. Ergo quæ de alijs prædicari nata sunt, finita sunt.

Illud porrò iam ante à nobis positum est, unum de uno dici, & nunquam euenire, ut subiectum id ipsum sit, quod attributum, nisi quid sit, ac substantiam significet ipsum attributum. Quæ enim non significant, quid est, omnia sunt accidentia, sed ex ipsis alia sunt, quæ per se insunt, alia, quæ alio modo conueniunt. Cuiuscunque tamen generis sint, semper in aliqua re subiecta inesse, ac non ipsa quædam subiecta esse censemus. Nil enim horum est, quod, si esse dicatur, statim aliud quippiam esse non intelligatur, quæ quod ipso verbo continetur: sed ipsum de alio quodā dicitur, alia quædam de altero.

Secundus loco repetit, quod paulo ante dixerat, solum prædicari unum de uno: nunquam autem accidit, ut idem sint subiectum at. Secunda que attributum, nisi cum substantia de substantia dicitur, ut animal hypothese de homine. De accidente vero neque accidens prædicatur, neque subiectum ipsum, hoc est, substantia, sed omnia prædicantur ut accidentia, tametsi diuerso modo: nam de substantia prædicantur accidentia.

## Commentarius

tia per se, hoc est, secundum naturam, de accidentibus accidentia secundum accidentis praedicantur. Quæcunque vero accidentia sunt, praedicata quidem esse possunt, subiecta non possunt, tantum quod substantia non sint. His acceptis demonstrat Arist. quod initio demonstrandum suscepit, atque id facit duplicitate, Logice inquam, id est, ex communibus, & analyticè, hoc est, ex proprijs artis demonstrandi. Primum efficit duplii argumento, quorum unum his verbis tradit.

Neque igitur sursum versus, neque deorsum, fieri potest, ut unum de uno sine ullo fine dicatur. Nam de quibus accidentia dicuntur, ea sunt, quæ substantiam declarant: quæ non possunt esse infinita. Superiora vero cum inferioribus conferendo, neque in ipsis, neque in accidentibus, potest esse in infinitum progressio. Quare necesse est, ut aliquid tandem reperiatur, quod mox ab infinito positum, de illo primū omnium dicatur, tum dein de aliud de hoc ipso, atque ita superiora deinceps repetendo, tandem in summo aliquo conficiatur: quod ipsum quidem de aliquo sibi proximo enunciabitur, supra se autem nil habebit, quod de se dici possit.

Argumentum vero sic explicatur. Accidentia praedicantur de substantia, ut acceperimus, sed quæ praedicata substantiam significant, ut monstratum est initio huius capituli, infinita non sunt, ergo ex parte subiecti, hoc est, deorsum versus finis aliquis est, sursum versus est etiam terminus aliquis, hoc est, ex parte predicati. Nam neque praedicata substantialia, neque accidentia infinita sunt. Et de substantialibus quidem aperta res est: quod autem accidentia finita sunt, hinc palam fit. Accidentium enim genera finita sunt, & quæ in singulis collocantur, finita, nam cum extrema sint finita, media non possunt esse infinita: atque hoc si rebus procedamus. Circulo autem procedere non licet, ut ostensum est, quare nullo modo licet progressi in infinitum.

Atque una quidem huius rei probatio hactenus explicata est: nunc aliam subiiciamus. Ea tantum demonstratione concluduntur, de quibus alia priora dici possunt: quæ vero euidenti probatio-

in caput decimūmoctauum.

85

tionē possunt ostendi, ea nunquam certius, meliusq; animo percipiuntur, quam cum planè, ac perfectè sciuntur, nec vero citra demonstrationem certò sciri possunt. Potrò illud certum est, si ex quibus aliquid manifestum sit, ea nec sciamus, nec alia quadam ratione melius, ac certius intelligamus, quam, quæ scimus fieri non posse, ut ex ijs aliquid planè, ac perspicue cognoscatur. Si igitur est aliquid, quod per demonstrationem simpliciter, absoluteque sciri possit, ac non quasi ex quibuldam concessis, aut ex fictione quadam omnia scientur: necesse est, ut certo quodam numero contineantur attributiones, quæ inter primas, atque ultimas interiecentur. Nam si nullus tandem repetiatur exitus, sed in infinitum aliqua semper superiora sint, nil erit quod demonstratione confirmari non possit. Quare, quæ euidenti probatio ostendi possunt, ea per demonstrationē scire non poterimus, si quidem infinita nemo possit ratione, & intelligentia complecti. Si igitur ea animus non potest melius comprehendere, quam cum eorum scientiam est assecutus, illud profectò necessariò efficitur, nil esse quod per demonstrationem simpliciter sciatur, sed ex fictione, & quasi ex conditione omnia cognoscentur. Ac Logice quidē ista consideranti, hæc argumenta persuadere possunt, id ita esse quod dico.

His verbis tradit secundum argumentum: sumit autem aliquot hypotheses, una est, quod est demonstratio. Secundum <sup>Quam accipit ex tertio</sup> argumentum, Altera est, quod ea quorum sunt alia priora, monstrari possum. Nam demonstratio ex prioribus procedit.

Tertia. Propositionem demonstrabilem non possumus melius cognoscere, quam si eam sciamus. Nam cum duplex sit cognoscendi ratio, una cum scientiam rei habemus, altera, cum rem melius cognoscimus, quam si eam sciremus, cuiusmodi cognitio intellectus vocatur, & demonstrabilis propositione non possit cognosci à nobis posteriori modo, priori cognosci debet. Quare quæ huiusmodi est, non recte agnoscitur, nisi cum per syllogismum demonstratum scitur.

His acceptis, ita colligitur ratio. Si contingit aliquid simpliciter scire, & non ex suppositione, necesse est terminum aliquem esse in ijs predicatis, quæ tanquam media accipiuntur: cōtingit autem simpliciter

Z

pliciter scire, & non ex suppositione, ergo in praedictis mediis finis aliquis est. Nota est consequentia, & utraque pars antecedentis vera. Maior enim propositio aperta est, quoniam nisi vera sit, consequitur omnia monstrari posse, quod est absurdum. Deinde si quies non sit, vnam propositionem per alteram semper monstrabimus. Cum autem infinita non possint animo comprehendi, & sit necessarium, omnia que priora sunt, prius scire, quam illud sciamus, quod est posteriorius, consequitur, aut nihil omnino sciri per demonstrationem, aut si quid scitur, id non simpliciter sciri, sed ex suppositione: quæ omnia contraria sunt illis hypothesibus, quas initio huius argumenti cepimus tanquam manifestas omnibus. Non sunt ergo infinita ea media, quæ sumuntur ad demonstrationem conficiendam.

Analyticè autem si hæc eadem spectentur, brevius confirmari poterit, non posse, nec sursum, nec deorsum versus, infinita esse attributa, quæ in demonstratiuis scientijs, de quibus hæc vniuersa tractatio suscepta est, locum habent. Continetur enim omnis demonstratio ijs, quæ per se attribuuntur. Hæc autem dupliciter dicuntur. Vno modo, quæ in definitione eorum accipiuntur, de quibus dicuntur. Altero, quæ subiecto attribuuntur, quod in eorum definitione explicada adhibetur. Huius generis exemplum est, impar, quod numero conuenit, & numerus in definitione ipsius ponitur. Prioris exempli est multitudo, aut quod diauidum est, quæ ad numerum definitione explicandum, adhibentur. At vero neutrum horum potest immenso numero contineri: prius enim, quæ eo modo insunt, quomodo impar numero, non possunt esse innumerabilia. Nam ut aliud quippiam sit, quod rursus de impari dicatur, ita, ut in eius definitione accipiatur impar, fieri potest, sed etiam cum illud vnuuenit, necesse est, ut in omnium illorum definitione numerus accipiatur: quando numerus est, in quo primo ista omnia cernuntur. Itaque si non possint ut in infinita huius generis attributa conuenire, ne id quidem fieri poterit, ut sursum versus in infinitum regredi licet. At qui ista omnia necesse est numero attribui, vici simus que in eorum definitionibus numerum adhiberi: illa igitur omnia cum numero reciprocabuntur, nec poterunt latius patere, quam numerus. Iam vero ne illa quidem infinita esse possunt, quæ in oratione docete, quid sit res quæque.

quæque continentur, alioquin ne vnam quidem definitionem habebit absoluere. Quare si dicantur per se omnia attributa, hæc autem non sint infinita, erit tandem primum quoddam caput, in quo consistamus: ideoque vli. iiii. etiam aliquid ubi resistamus: vnde necessario efficitur, ne illa quidem infinita esse posse, quæ intra illos terminos continentur. Hæc porro si vera sint, consequens est, vt sint quædam initia demonstrationum, nec possint omnia evidenti probatione ostendi, quemadmodum dicunt quidam, de quibus initio huius disputationis mentionem fecimus. Etenim si aliqua sint initia, nec demonstratione probari res omnes possunt, nec progredi in infinitum licet: si quidem alterutrum horum ponere, idem valet, ac si dicatur nullum planè esse inter uallum ita continuatum, quin aliquo medio interceptum sit, & quasi interductu aliquo distinctum, sed omnia esse deuincta, & interrupta. Ita enim demonstratur vnumquodque, ut verbum medium inter extrema immitatur, non autem extra ipsa extrema collocetur. Quare si ita alia, ex alijs probando, in infinitum progressi licet, necesse erit, ut inter duo extrema media infinita continantur. Quod fieri omnino non potest, si modo propria singularium attributa per sequenti, necesse sit tum sursum, tum deorsum ac quiescere. Quam vero illud necesse sit, & Logicè supra, & Analyticè modo ostendimus.

Hæc tenus Logicè probauit Arist. rem propositam, nūc eandem probat Analyticè, id est, proprijs artis resolutoriæ, atque demonstratiue principijs: prius tamen duo repetit ex capite quarto & sexto, vnum est, quod demonstratio fit ex his, quæ sunt per se: nam & sumptiones ex quibus demonstramus, & conclusio quæ demonstratiione colligitur, per se sunt: sumptiones quidem primo modo per se, conclusio secundo modo. Huius rei gratia repetit quatuor esse modos per se, atque istorum duos tantum priores accommodari demonstrationi. His ergo acceptis, probat Arist. non licere progredi in infinitum in his, quæ pertinent ad demonstrandum, cuiusmodi sunt, quæ primo, & secundo modo per se dicuntur. Ratio vero hoc modo colligitur. Predicata quæ in demonstratione adhibetur, aut sunt in primo modo per se, aut in secundo: atqui in utroque modo adhibetur

## Commentarius

definitio, ut ostensum à nobis est, in definitionibus verò non est progressus in infinitum, alioqui nunquam constituemus definitionem, neque agnoscemus iam constitutam, si quidem percurri animo infinita non possunt, ergo prædicata quæ pertinent ad demonstrandum, non possunt esse infinita, sed cum sint extrema finita, necesse est media quoque finita esse sursum, atque deorsum versus. Hinc colligit Arist. esse quædam principia, quæ non possunt probari demonstratione, cum sint prima, neque illis sint vlla priora, per quæ monstrantur. Quam rem attigimus capite tertio. Idem autem est dicere, omnia monstrari posse, & infinita esse media, per quæ demonstramus. Nam quod demonstratur, interie cto aliquo termino, monstrari debet, non autem extrinsecus accepto, aliás nō caperemus propriū terminum, & qui inter subiectum & prædicatum eius propositionis collocaretur, quam monstrare volumus, sed extraneum potius, quod fit in litigiosis ratiocinationibus. Hæc si in infinitum abeant, duorum terminorum media interna infinita erunt, quod nullo modo fieri potest, si prædicationum finis sit aliquis versus summum, atque imum. Quod autem stent prædicationes, monstratum iam est. Quare aliqua erunt, quæ nullo modo monstrari possunt, & per quæ cetera monstrantur, quod cap. 3. postulauerat Arist.

### ¶ Argumentum cap. decimoni.

Præsenti capite Arist. colligit quatuor consectaria, quorum demonstratio facile capi potest ex his, quæ proximis capitibus tribus, aut quatuor explicuit.

### Caput decimumnonum.

Demonstratis autem his, illud facile fiet manifestum, quod si vnum attributum de duobus dicatur, ut, a, de, c, & de, d, quorum vnum de altero, aut nullo modo, aut non in omni enunciatur, non semper commune aliquod verbum reperiri,

per

### in caput decimumnonum.

87

per quod illud attributum vtrique conuenire ostendatur. Veluti Isosceli, & Scaleno conuenit habere tres augulos æquales duabus rectis, per communem aliquam vtrique naturam. Quia scilicet figuræ quædam sunt, neciam aliud est, cuius interuentu illud conueniat. Sed in omnibus non est eadem, quæ in his ratio. Est enim, b, cuius interuentu, a, conuenit, c, &, d. Constat igitur, & aliud rursus esse medium, per quod ipsis, c, &, d, attribuitur, b, atque illud rursus per aliud quippiam. Ex quo efficitur, intra duo extrema, posse medi a infinita contineri: quod fieri omnino non potest. Non igitur necesse est, ut quod attributum de multis dicatur, semper alicuius alterius interiectu dicatur: quandoquidem aliqua tandem interualla medio carentia reperiuntur. Sed ut ipsa, quæ interueniunt verba, ex eodem genere sint, ijsdemque individuis, illud sanè necesse est: si modo illud commune verbum cuius interuentu aliud ostenditur, in numero eorum sit, quæ per se conueniunt. Nam traducere, quæ vnius generis sunt, in aliud demonstrando, non licet.

Hoc est primum consectorium. Aliquando quidem passio quæ primū cō pluribus inest, quorum vnum aut nullo modo dicitur de altero, aut si sectariū. dicatur, non de omni dicitur, necesse est, ut vtrique in sit per aliud, quod prius sit, atque vtriusque commune: non tamen semper necesse est ita accidere. Res exemplo constat, nam æquilatero & gradario inest habere tres angulos pares duobus rectis per figuram, quæ est prior, quam triangulum, & præterea quām singula forme trianguli. Quod autem non semper ita eueniat, ea ratione probatur, quia alioqui inter duo extrema media infinita continentur, quod planè fieri non potest, ut ostensum est. Nam si, b, prædicetur de, c, &, d, per, a, quod est prius vtrisq; & rursum, a, insit per aliud prius sine ullo exitu, non dubium est, quin sit tandem progrediendum non bis in infinitum. Et quoniam quod erat commune alijs, per se illis in est, & non ex accidenti, necessarium est, medios terminos ex eode esse genere, quoniam non licet (ut alio loco monstratum est) ab uno genere in aliud commigrare. Et nisi medius terminus ad idem genus pertineat cum extremis, nulla ratione ex eisdem demonstratio fieri potest.

Perspicuum

## Commentarius

Per spicuum porro etiam illud est, quando, a, de, b, affirmatur; si est quoddam inter illa medium, illam affirmationem, omne, b, est, a, demonstratione posse concludi; atque etiam tot, & eadem esse elementa huius affirmationis, quot, & que sunt ipsius media. Quæ enim medio careret propositiones, aut omnes, aut certè, quæ in toto genere enunciantur, sunt elementa. Sin nullum est medium, ne demonstratio quidem erit, sed iam tum ad ipsa initia peruenient erit. Eadem ratio erit, si de, b, negetur, a. Nam si interuenient aliquid, sive medium, sive in quo prius negetur, a, demonstratio de ea re conficietur; sin minus, non conficietur. Verum, quot erunt verba media, tot erunt principia, & elementa: quandoquidem demonstrationis principia sunt ex propositiones, quæ ex ijs verbis constituuntur.

*His verbis explicatur secundum consequarium illud est, si affirmatio, aut negatio medium habet aliquod, demonstratione probari potest per illud medium, si vero non habeat medium, non poterit demonstrari, sed erit potius principium demonstrationis.*

Atque etiam sicuti sunt aliqua initia, quæ probari demonstratione non possunt, quibus, aut hoc esse illud, aut huic illud inesse, affirmatur: ita sunt quibus negando, aut hoc non esse illud, aut non inesse hoc illi, pronunciatur: quo sit, ut præsto nobis esse possint principia, cum affirmationibus, cum negationibus concludendis. Et quidem quando demonstrabitur affirmatio, ita semper accipiendo erit medium, quod sit, verbi gratia, c. Ut sit necesse ipsum, c, omni, b, inesse, ac deinde omni, c, inesse, a. Atque eadem hanc ratione per se qui media oportebit, ita, ut nulla inquam extra illos terminos propositio sumatur, nec inquam aliquid quod ipsi, a, omni attribuatur, in probando adhibetur. sed semper ea, quæ in medio sunt spatii coaceruantur, donec ad continens aliquid, nulloque medio distinctum interuersum, atque adeo ad unum quipiam perueniatur. Ad illud vero unum tum peruentum est, cum ad immediatum aliquod proloquium deuentum erit. Atque est illa quidem certè propositio simpliciter, ac propriè una existimanda, quæ omni medio careret: & quemadmodum in alijs omnibus rebus semper ipsum initium simplex est, non idem tamen in omnibus, sed in ponderibus, verbi causa, mina, in modulatione diesis, in alijsque alia, sic in raciocinatione ipsa, id, quod est, minimu-

mum,

## in caput decimum nonum.

88

rum, ac maximè unum, est propositio immediata: in demonstracione vero, ac scientia, ipsa mens, atque intelligentia. In ijs igitur raciocinationibus, quibus affirmatio ostenditur, nunquam medium extra extrema accipi potest.

*His verbis explicatur tertium consequarium. Illud sic habet. Quemadmodum est aliqua prima affirmatio, quæ monstrari non potest, quia priorem nullam habet, ita quoque est aliqua prima negatio. Est autem propriè, & simpliciter prima illa propositio, quæ omni medio vacat. Nam quemadmodum principium ceterarum rerum unum, atque simplex est (quod exemplo facile constare possit) ita quoque principium demonstrationis simplex, atque unum est: huiusmodi autem est propositio medio vacans. Nam quæ medium habet, ratione medij non censetur una, atque simplex.*

Obiter tamen considerare necesse est verum esse, quod Aristot. Principium in presentia, quod etiam testatur lib. decimo de prima Philo piu sophia, in quovis genere rerum esse aliquod principium, quod sit maximum simplex, atque unum, in quod tandem omnia resoluuntur, atque recidunt, quæ in eo sunt genere. Vnde in ponderibus unita, quæ minima vocant, principium est, est enim maximum unum, atque simplex in eo genere. In Musica vero principium est Diesis, quod semitonium minus Musici vocant, aut comam, quæ minimum spatium est. In syllogismo qui propositionibus constat, principium est immediata propositio, quoniam simplex est, neque priorem ullam habet, per quam possit colligi. Demonstrationis vero, atque scientie quæ per demonstrationem comparatur, principium est intelligentia, aut intellectus, nam iste Arist scientie principium est, scientia autem habitus principiorum. Idem quoque in alijs accedit. Nam in numeris unitas principium est, in magnitudinibus punctum, in coloribus candor, in saporibus dulce, in animantium genere homo.

In ijs vero, quæ negationem concludunt, in hac quidem figura prima, nil etiam exira conclusionis attributum accipietur. Videlicet si probatum fuerit nullum, b, esse, a, per medium, c, hoc modo collocatis sumptionibus, nullum, c, est, a, omne, b, est, c: ac rufus probandum sit, nullum, c, esse, a, hic accipietur medium aliquid inter:

## Commentarius

Inter, a, &, c, eiusdemque modi fiet semper progressio. Si in hac forma ostendarur nulli, e, conuenire, d, quia omne, d, est, c, & nullum, e, est, c, aut non omne: extra, e, quod est minus extremum, de quo aliud concluditur, nunquam cadet medium. In tertia vero figura, nec extra subiectum, nec extra attributum, negantis conclusionis medium unquam accipietur.

His verbis postremum consequentium explicatur. Illud sic habet. Medium in prima figura nunquam dicitur de maiori extremo, in secunda vero minus extreum non praedicatur, in tertia vero praedicitur minus extreum. Hac enim est summa omnium verborum, quibus Arist. in praesentia viritur.

### Argumentum cap. vigesimi.

Explicata repugnantia demonstrationum, persequitur Aristot. comparationes earundem, ac primum confert vniuersalem demonstrationem cum particulari, ut doceat multo praestantiorem esse generalem speciali. Hoc ut efficiat, statim explicat duas rationes, quibus adduci quispiam posit, ut credat meliorem esse specialem demonstrationem generali.

### Caput vigessimum.

Dinceps sequitur, quoniam sunt aliae demonstrationes de toto genere, aliae de parte: & partim affirmantes, partim negantes, ut quareamus vtra sit potior eorum, quæ singulis divisionibus continentur. Id est illud quarendum est, de demonstratione rem directo probante, & de ea, quæ ad incommode dicit. Sed nos prius quidem de vniuersi generis, & partis demonstratione agimus: tum deinde ad directam, & eam, quæ incommodo virget demonstrationem, veniemus.

Principio ergo questionem adducit, quam explicandum suscepit,  
Questio. ea est, vtra sit praestantior demonstratio, vniuersalne, quam de  
toto genere vocat Arist. quoniam omnes propositiones quibus con-  
stat,

### in caput vigesimum.

35

stat vniuersales sunt, an potius particulares, quam appellat in parte, ea est, cuius altera sumptionum particularis est. Huic autem questioni alteram coniungit, quam proximo capite absoluta, ea est. Vtrum demonstratio affirmativa praestantior sit, quam negativa. Rursum etiam terriam illam questionem adducit, vera demonstratio potior sit ad faciendam scientiam, quæ ex directo rem probat, an potius quæ id facit deducendo ad impossibile, aut ad incommode. Istantem vero questionem tractat vigesimo secundo capi. Primam questionem ut explanet, in contrariam partem tractat, & prius quidem rationes adducit, quibus uidetur persuaderi, quod specialis melior sit atque praestantior generali. Primam rationem adducit, cum inquit.

Ac primum his fortasse rationibus quispiam inducatur, ut creditat eam probationem, quæ in parte versatur, accuratiorem esse, quam, quæ genus vniuersum confirmat. Ut quæque probatio certiore parit rei cognitionem, ita potior, accuratiore est, si quidem in eo posita sit omnis demonstrationis virtus, ut scientiam gignat. At qui una quæque res cum per se cognoscitur, tum melius, ac certius intelligitur, quam si per aliud quippiam sciatur: veluti Coriscum esse Musicum tum magis scio, cum scio, hunc ipsum Coriscum esse Musicum, quam, cum hominem, & sicalia. Vniuersa vero demonstratio, quod aliquid insit in alio semper, & non in eo ipso, in quo inest, demonstrat: ut Isosceli, conuenire quippiam ostendit, non quia sit Isoscelis, sed quia triangulum. Quæ autem in parte demonstrat, in eo ipso, cui conuenit, tene inesse ostendit. Itaque si est melior, quæ per se rem ostendit, illudque magis illi conueniat probationi, quæ ad partem aliquam pertinet, quam, quæ ad totum genus, relinquitur profecto accuratiorem esse partis, quam vniuersi generis demonstrationem.

Ei sic colligitur. Illa demonstratio potior est, quæ parit certiorem rei cognitionem: particularis est huiusmodi, ergo illa est accuratori, atque melior, quam generalis. Nota est consequentia. Maior inde Syllogismus. constat, quia demonstrationis finis est scientiam facere, vnumquodque autem tanto est per se (lib. septimo, de Physi. auscul.) quanto melius finem attingit, quo virtus dicit. Minor propositio probatur, quoniam accuratius, & melius scimus vnum quodquid, cum illud per se

## Commentarius

per se cognoscimus, quām cum per aliud. Coriscum enim v.g. melius agnoso, cum propria cognitione agnoso, quām cum eundem cognoso in homine: atqui Speciali demonstratione rem cognoscimus per se, generali verò per aliud, ergo accuratior est Specialis, quād generalis.

Præterea si re vera nil sunt res vniuersæ præter singulas, eam autem opinionem inducat vniuersa demonstratio, vt rem quādam esse eam, in qua aliquid ostendit, existimemus, atque adeò in rerū natura cohæteret talem aliquam naturam: veluti trianguli præter singulos triangulos quādam esse naturam, figuræ præter singulas figuræ, numeri præter singulos numeros. Est porrò ea semper accuratior probatio, quæ, quod re ipsa est, quā, quæ quod nusquam est, ostendit, & quæ errorē nullum inducit, quām, quæ in falsis nos inducit opinione. Atqui est huius posterioris generis demonstratio vniuersa. Postquam enim demonstratores aliquantum iam in probando processerunt, tum ferè illud idem faciunt, quod in proportione demonstranda vñuenit, népe quicquid erit tale quippiam, omne illud erit proportionis particeps: quod quidem nec est linea, nec numerus, nec solidum, nec planum, sed præter illa nescio quid: si igitur illud potissimum in demonstrando genere vniuerso eueniat, ideoque in eo, quod re vera sit, minus verletur vniuersi generis, quam partis demonstratio, adeò, vt illa fallam etiam gignat opinionem, iam certè dubium esse non potest, quin longè superetur de toto genere probatio, à demonstratione de parte.

Hic verbis adducit secundam rationem, quæ ita colligitur. Demonstratio quæ est de eo, quod est, melior est, atque præstantior, quām illa quæ est, de eo, quod non est, ergo Specialis est præstantior generali. Nota est consequentia: maior aperta est, quia cognitio melior est, quæ præstantior est obiecti: minor probatur, nam vniuersal demonstratio vniuersale demonstrat, vt triangulum esse præter singulos triangulos, & lineam præter singulas lineas, & numerum præter singulos numeros. Quemadmodum etiam commutari secundam proportionem, cuius quinto capit. ex Arist. sententia mentionem fecimus, demonstratur, aliquid esse præter figuræ, lineas, atq; numeros: Specialis vero demonstratio particulare demostat, sed vniuersale.

## in caput vigessimum.

90

versale nusquam est, est autem particulare, ergo accuratior, & melior est Specialis demonstratio, quām generalis.

Tertia ratio simul cum secunda coniuncta est ab Arist. Sed hac ratione potest concludi.

Demonstratio qua nō decipimur, præstantior est ea demonstratio, per quam decipimur: Vniuersali decipimur, Speciali non decipi-  
musr, ergo præstat Specialis generali. Nota est consequentia, & ma-  
ior aperta, minor probatur. Vniuersali demonstrazione vniuersale  
monstratur, Speciali particulare: atqui vniuersalia non sunt, particu-  
laria sunt, ergo decipimur vniuersali demonstracione. Statim soluit  
adductas istas rationes, primum autem omnium primam rationem  
his verbis.

At enim, vt hinc potissimum ordiar, prior illa ratio, nō ne tam est ab vniuersi generis demonstratione, quām ab alicuius partis probatione? Nam si non conueniat Isosceli habere tres angulos pares duobus rectis, quia sit Isoscelis, sed quia sit triangulum, profectò necesse est, eum non tam perfectè rem, vt est, nosse, qui hoc Isosceli inesse, cognoverit, quām qui triangulo. Atque, vt semel dicam, si non ita res habet, vt triangulo conueniat, quia triangulum est, idque velit quispam ostendere: non erit illa demonstratio: si ita res habet, vt quisque rem aliquam, quia ea ipsa est, no-  
uerit, ita rem certius multò, accuratiusque perspectam habuerit.  
Itaque si latius patet triangulum, sitque ipsius vna quādam ratio,  
nec vlla insit in hoc ipso triangulo ambiguitas, in omni autē trian-  
gulo verè dicatur, pat esse duobus rectis angulis: illud certè planū  
est, non triangulo, quia sit Isoscelis, sed contra Isosceli, quia trian-  
gulum sit, conuenire, vt habeat tres angulos duobus rectis pares.  
Quare, qui totum genus nouit, rem, vt est, magis nouit, quā, qui  
partem tantum intellexit, ob eamque causam accuratior vniuer-  
si generis demonstratio, quām, alicuius partis.

Ex duabus posterioribus rationibus vnam facit Arist. atq; ideò,  
ac si duæ tantum essent, primam priorem vocat, cum sint illæ tres,  
quemadmodum ostendimus, quoniam singulare magis scitur, quām  
vniuersale, & magis est, quām illud, & minus fallit. Prima igitur  
ratio ab Aristot. soluitur eo nomine, quod vniuersale per se scitur,  
Aa y particu-

## Commentarius

particulare verò non per se, sed per aliud. Quod autem per se scimus, melius scimus, quam quod per aliud. Quare demonstratio vniuersalis accuratior est, quam particularis. Antecedens probat, quoniam cum habere tres angulos duobus rebus pares non insit per se aequilatero, sed triangulo, qui nouit aequilaterum tres angulos habere, non per se rem nouit, sed potius qui nouit triangulum habere tres angulos. Hoc verò vniuersali demonstratione colligitur, illud particulari, ergo præstantior est vniuersalis, quam particularis demonstratio, quia hæc facit rem per se scire, altera non per se.

Iam verò, si vniuersum ipsum genus una quadam ratione, nō autem sola nominis communione continetur: non minus in rerum natura cohæredit, quam rerum singularum nonnullæ, quin etiam multæ magis: quandoquidem, quæ immutabilia sunt, nec interitum agnoscant, in rebus vniuersis cernuntur: Res verò singularæ maxima ex parte caducæ sunt, & mortales.

His verbis soluit secundam rationem, atque etiam tertiam, probat enim vniuersale, quidem esse non minus, quam singulare, immo verò magis, quoniam perpetuum est: singulare verò caducum, & ortui, atque interitui obnoxium, non est enim vniuersale & equiuocum nomen, sed potius est una ratio, ut hominis. Quare præstantior est vniuersalis demonstratio particulari, ut vniuersale præstat singulari.

Insuper, quæ tandem necessitas est, quia res vniuersa vnu quipiam est, in eam statim venire opinionem, ut vniuersale esse aliquid à rebus singulis separatum credamus? nam cur id magis hic necesse sit, quam in alijs, quæ non substantiam, sed aut qualitatē, aut ad aliquid, aut facere significanti illius igitur false opinionis, non causa est demonstratio, sed qui eam male accipit.

Tertiam rationem soluit his verbis dicens, quod si quipiam error accidit, cum vniuersale demonstramus, non accidit quidem culpa ipsius vniuersalis, sed eius; qui peruersæ rem considerat, atque existimat, necessarium esse, ut sit vniuersale aliquod ab aliis. Etum à rebus singulis, & subsistens per se, sed satis est esse coniunctum cum rebus singulis, atque ab eis ratione; & definitione diuersum esse, non aliter,

'in caput vigesimum,

91

aliter, quam accidentia, quæ tametsi diuersa à substantia sint, per se quidem non existunt, sed in ipsa substantia.

Hinc colliges, quo sensu in categorijs individua substantia maximè substantia dicatur, item primo & principaliter, quod videretur pugnare cum sententia Arist. hoc loco: illud enim ex vulgi sententia, dictum est, hoc ex Philosophorum opinione. Sed hæc rem latius persequuti sumus eo loco. Secundo quod inquit Aristot. in solut. ad tertiam rationem, non est contrarium his, que decimo ca. dixit Arist. & quæ scribit cap. primo, lib. 1. de prima Philosophia: nempe artem, quæ est vniuersalium honorabiliorum esse: & sapientiorem: ex perientiam vero singularium certiorem esse, & magis consequi finem, id enim non euenit, ut hoc loco restatur Arist. Virtus vniuersalis demonstrationis, sed culpa eius, qui peruersæ rem attendit.

Præterea demonstratio est ratiocinatio, quæ adhibetur ad descendam causam, cur res sit: in vniuerso autem genere, causa maxime continetur. Cui enim propter se aliquid conuerait, ipsum sibi est causa, cur ita sit: est autem vniuersum genus illud, in quo primum, ac per se res insunt: in ipso igitur vniuersali causa continetur. Quapropter erit potior accuratiorque, de toto genere demonstratio: quandoquidem illa magis causam, cur res sit, explicat.

Postquam soluit rationes illas, quibus videbatur persuaderi specialē demonstrationem generali præstare: ex professo Arist. probat, quod generalis melior sit, atque accuratior, quam particularis. Ad eam rem confirmandam multis utitur argumentis, quorum primum superioribus verbis explicatur, & sic tractatur. Demonstratio est syllogismus, qui causam continet, propter quam res est, atqui vniuersalis demonstratio melius exprimit causam, cur res sit, quam specialis, ergo accuratior, atque perfectior est, quam specialis. Nota est consequentia, & maior aperta est ex definitione demonstrativi, atque scientiæ: minor probatur, quia quod per se est causa, magis est causa; quam quod non est causa per se, huiusmodi autem est generalis demonstratio, quemadmodum diximus.

Præterea cum queritur quam obrem sit aliquid, non cognoscimus, donec ad genus aliquod vniuersum perueniamus, acrum demum

demum existimamus, nos esse affectuos rei scientiam, quando nil iam, aut esse, aut fieri videmus, vltra illud totum genus. Exitus enim, finisque ultimus in causa inuestigatione, hac demum ratione inuenitur. Verbi gratia, cur venerit quicquam, causa est, vt pecuniam accipiat: tum huius ratio est, vt se ære alieno liberet: rursus huius causa est, ne quæ alteri iniuriam faciat. Et quidem cum hoc modo causas ex causis persequimur, si quando eo perueniamus, ut iam non ob aliam causam, nec alterius rei gratia fieri aliquid videamus, tum id ipsum, finem esse, cur venerit, dicimus: aut cur aliud quicquam, vel sit, vel fiat, cumque maxime quamobrem venerit, nos scire puramus. Si igitur similis est ratio in causis omnibus, & pars sit, eademque affectio in omnibus questionibus, quæ quamobrem, quæque res sit, inquirunt: est autem illa, quam diximus, certissima ratio sciendi, in ijs rebus, in quibus causa, quæ inuestigatur, finis est, & in alijs profectò causis, tum maxime cognita, ac perspecta, res erit, cum iam nulla erit ulterior causa, quam reddamus. Veluti, cum seimus exteriores Isoscelis angulos, quæ tuor rectis pares esse, quia Isosceles est, id adhuc desideratur, quam obrem, id Isoscelli conueniat: quia scilicet triangulum: ac rursus cur triangulo, nimirum, quia est forma rectis lineis constans. Hic verò si iam nulla sit ulterior causa, necesse est, vt hac demum causa intellexa, illa res planè, ac perspicue cognita sit. At qui hoc genus quoddam vniuersum est latissimè patet: est igitur accurasier vniuersi generis, quam partis demonstratio.

*Quod est magis causa, id est melius, vniuersalis demonstratio magis causa est, quam specialis, ergo præstantior est eadem. Nota est consequentia, & maior aperta, minorem verò propositionem ea ratione probat Arist. quoniam cum rerum causas inquirimus, eo usq; progradimur, quo usque primam causam reperiamus, que generalis quidem est, sive ea causa sit, cur fiat aliquid, sive sit causa, cur sit. Nam duo sunt causarum genera, vt sunt etiam duo genera rerum, quedam natura constantes, aut arte, alia verò mathematica. Hanc ipsam rem exemplo probat Arist. causarum finalium. Si quis enim roget alerum, cuius rei gratia in forum venerit, verbi gratia ille respondet, vt pecuniam accipiat, huius autem ratio est, vt se liberet alieno ære: rursum huius causa est, ne quid agat, quod honestum non sit*

*sit aliena surripiens, vt credit ori satisfaciat. Itaque tunc temporis cessamus causam querere finalem, cum primam accepimus. Idem quoque accidit in ceteris generibus causarum, nam vt exemplarem doceam in causa materiali eadem ratione contingit: nam roganti ex quo statua fiat, ex ære dicimus, ex ære autem fit, eodem fuso funditur, quia metallum est, sunt enim natura sua metalla quedam familia, & ne exemplorum multitudine lettorem obruam, in duabus reliquis causarum generibus idem accidit.*

Ad hæc, quo magis ad singulas partes declinamus, eo ad infinita magis accedimus: contra autem, quo magis ad res vniuersas ascendimus, hoc ad simplicem definitamq; naturam magis approximamus. Atqui qua sunt res infinitæ, hac sub scientiam minimè cadunt: qua verò finitæ sunt, ea scientiæ subjiciuntur. Res igitur ipsæ magis hoc ipso, quod vniuersæ sunt, sub scientiam cadet, quam cum in parte spectantur. Quare ad demonstrandum magis accommodatae erunt res vniuersæ, quam singulæ partes. Par autem est, vt earum rerum, quæ ad demonstrationem magis accommodatae sunt, sit etiam magis demonstratio: simul enim, que cum aliquo conferuntur, vtraque elationem suscipiunt. Quādo igitur magis demonstratio est, quæ in toto, quam, quæ in parte versatur, id necessariò relinquuntur, præstantiorem esse vniuersi generis demonstrationem.

*His verbis explicat tertiam rationem, quæ ita concluditur. Quæ demonstratio magis specialis est, ea accedit magis ad infinitum, sed infinitum neque scientia comprehendendi valet, neque per curri animo potest, ergo quæ magis sunt vniuersalia, magis etiam scrii possunt, quam quæ particularia. Discursus legitimus est, & minor probata est paulo superius, maior verò est Arist. sententia. 2. lib. Topic. ergo & conclusio est vera: tunc ultra quæ sunt minus particularia (quæ magis vniuersalia vocamus) melius quam alia comprehendi scientia possunt, ergo demonstrari possunt melius: cum scire sit per demonstrationem intelligere. Sed eorum quæ melius natura sua demonstrabilia sunt, potius est demonstratio (si quidem d. monstratio & demonstrabile relata sunt) generalis demonstratio dignior censi debet,*

## Commentarius

debet, quam *specialis*.

Iam verò illa semper optabilius est demonstratio, per quam si mul multa cognoscimus, quām, quā vniuersitatem rei adfert cognitionem. At qui percepto toto genere, simul quod in parte est, intelligitur: qui verò hoc nouit, non etiam vniuersum genus habet perspectum, hac igitur ratione necessariò conficitur, optabiliorem esse illam demonstrationem.

*His verbis explicatur quarta ratio, illa sic colligitur. Et demonstratio est potior altera, qua scimus id, quod altera, atque insuper aliud quippiam, huiusmodi est vniuersalis demonstratio: ergo illa præstantior est *speciali*. Nota est consequentia, & maior aperta, cum demonstratio sciendi gratia in vento sit, minor probatur, quia demonstratione vniuersali vniuersale cognoscimus, particulari vero particularē: at qui particularē est in vniuersale potestate, nam qui nouit vniuersale, nouit etiam particularē: at qui nouit particularē, non necesse est, ut vniuersale cognoscatur.*

Sed etiam illud hoc pacto confirmari potest: nūl enim est res magis generales, quāque latius patet, scire, quām per illud medium rem nosse, quod ad initia proprius accedit: illud autē, quod proximum est à primo, nullo medio est ab illo distinctum, quod quidem est ipsum principium. Si igitur est ea accuratior demonstratio, quā ex principijs constat, quām, quā non constat, aut verò, quā ex ijs componitur, quā magis principia sunt ea est potior, quā continetur illa, quā à principiorum appellatione magis sunt remota. Est autem prioris illius generis demonstratio de toto genere, profectò necesse est, ut sit multo excellentior vniuersi generis probatio. Veluti si demonstrandum est, a, in, d, inesse, media sunt, b, &, c, ac superius quidem est, b. Quapropter necesse est, ut latius pateat demonstratio, quā illud medium accipiat, quām, quā alterum. Sed sunt quidē ex ijs rationibus, quā adductae sunt, non nullæ Logicæ.

*Hac est quinta ratio, quā hoc modo explicatur. Quanto proprius accedit principium demonstrationis ad primum principium, tanto est potior demonstratio, huiusmodi est demonstratio generalis, ergo illa præstat *speciali*. Nota est consequentia, & maior aperta, est illa quidem sumpta ex regula illa, quam Aristó tradit lib. 3. Topi. Quod*

*magis*

in caput vigesimum.

93

magis accedit ad maximè tale, id magis tale dicitur. Si enim demonstratio procedit ex principijs, ea erit præstantior, quæ vel ex primis principijs fit, vel ex ijs, quā sunt magis quam alia coniuncta primis, minor etiam manifesta est, nam per plura media monstramus particulare, quām vniuersale, & pauciora media accipi possunt, cum facimus demonstrationem *specialem*, quām cum facimus particolare.

Nunc verò paucis: quām sit præstantior de toto genere, quām de parte demonstratio, planum faciam. Nos enim scientes priorem aliquam propositionem, simul, & posteriorem quodammodo scimus, vique, ac facultate, hanc in illa animo complectimur. Ut qui scit omne trianguli habere tres angulos pates duobus rectis, scit etiam quodammodo Isosceli idem illud conuenire, etiā si nesciat fortasse Isosceles esse triangulum. At qui hanc posteriorem nouit propositionem, illam vniuersam nec re ipsa, nec vi, & facultate, percepit.

*Paulo superius explicuimus ex sententia Arist. questionē quāque bifariam tractari posse, Logice inquam, id est communibus rationibus, & Analyticē, hoc est proprijs eius generis, de quo fit demonstratio. Idem admonet in presentia contingere, & quidem hactenus priori genere disputandi usum se fuisse dicit, omnes si quidem superiores rationes pluribus generibus explicandis seruire recte possunt, præsentim vero tertia, & quarta, & quinta ratio. Nunc vero sextam explanat, quā sumitur ex comparatione propositionum, quibus constat utrumque genus demonstrandi, quo sane nomine diversa est à quarta ratione: quā explicatur discriminē utriusque formae demonstrandi ex conclusione, ne quippiam putet eandem vim omni no esse utriusque rationis, illa ita colligitur. Generalis demonstratio fit ex utraque propositione generali, particularis vero minimè, sed generale potius ex *speciali*, cum particularē sub vniuersali existat potestate, non tamen vniuersale sub particularē collatur. Est igitur generalis demonstratio præstantior *speciali*.*

Et vniuersi generis probatio, ratione, & intelligentia continetur: quā autem de parte concluditur, ad sensuō pertinet, eoque terminatur. Quod igitur longè præstat demonstratio vniuersa demonstrationi, quā in parte versatur, ista sufficiant.

Bb

Hac

## Commentarius

Hæc est postrema ratio, concluditur hoc modo. Vniuersalis demonstratio est intellectus, particularis vero sensus, sed præstat sensui intellectus, ergo vniuersalis demonstratio Speciali. Nota est consequentia, & minor manifesta, maior autem inde constat, quoniam vniuersale intellectu percipitur, singulare vero sensu. Quare vniuersalis demonstratio, quia vniuersalis est, intellectus merito dicetur, Specialis vero, quia Specialis est, sensus patabitur: ex quibus omnibus colligitur vniuersalem demonstrationem præstantiorem esse particuliari.

### Argumentum cap. vigesimiprimi.

Presente capite confirmat Arist. quatuor argumentis afferentes demonstrationem meliorem esse negante: summam autem totius sententiæ initio proponit, cum ita inquit.

### Caput vigesimumprimum.

Vnde sequitur, ut aientem negante præstantiorem esse ostendamus, ac primum ponatur, illam demonstrationem alteri præstare, quæ cum reliqua paria habeat, paucioribus absolvitur postulatis, aut hypothetibus. Ut enim sint & que manifestæ vtriusque propositiones, illa certè, quæ paucioribus constat, celerius rei cognitionem adfert: quod profectò optabilius est. Porro cur præstare dicatur, quæ paucioribus absolvitur, ei, quæ pluribus, hæc communis, & generalis ratio reddi potest. Quoniam, licet similia sint in perspicuitate media, semper tamen sunt notiora, quæ priora sunt, ut probatione vna, d, e, dici, a, per media, b, c, d, ostendatur, altera autem, quod, d, conueniat ipsum, a, per media, f, g, demonstraretur: nec obscurius sit, ac difficilius intelligere, d, e, dici, a, quam de, e, idem ipsum, a, dici: illud tamen prius, ac notius est, quod, a, conueniat ipsi, d, quam quod ipsi, e, insit, a, quandoquidem illud ad hoc demonstrandum adhibetur. Est vero illud semper credibilius, quod ad facienda in dealtero fidem accipitur. Est igitur præstantior, ea demonstratio, quæ cum ceteris

### in caput vigesimumprimum.

94

ceteris in rebus cum altera conueniat, paucioribus absolvitur, quam illa. A ceteræ quidem ambæ, de quibus queritur, tribus constant verbis simplicibus, ac duabus sumptionibus: Verum vna affirmationes tantum accipit, altera & affirmationem & negationem, quo fit, ut hæc ex pluribus conficiatur, quam illa, ideoque sit deterior.

His verbis innuitur, aut potius explicatur ab Arist. lôgo sermone prima ratio, ea ita concluditur. Ea demonstratio præstantior est, quæ paucioribus absolvitur, atque perficitur, huicmodi est afferens, ergo illa præstantior est negante. Nota est consequentia, minor aperta est, quoniam demonstratio afferens ut perficiatur, tantum indiget affirmatione, negans vero affirmatione & negatione opus habet, quando quidem altera eius pars afferit, negat altera: demonstratio vero afferens ut perfecta sit, affirmatione duntaxat opus habet: minor quoque propositio, ne mpe quod ea demonstratio sit præstantior, quæ ut perfecta sit, paucioribus indiget, modo cetera sint paria, vera est etiam: nam pluribus rebus indigere argumentum est rem esse minus perfectam, nam si pauciora illa principia per inde plana, & perspicua sunt, atque plura, facilius cognoscemus conclusionem per paucia principia, quam per multa omnes enim homines quemadmodum scire rem cupimus, ita etiam optamus rem agnoscere, quam occissime possumus. Adieci, modo sint cetera paria, quoniam si demonstratio, quæ fit per plura media, notiores habeat medios terminos, quam quæ per pauca fit, quæ per plura media fit præstantior erit, quam ea, quæ sit per pauca. Sed non servantur cetera paria.

Iam vero, vel hinc perspici potest, hanc illa esse deteriorem, quod alijs in libris ostendimus, non posse ex duabus sumptionibus negantibus, quippiam necessariò confici: sed semper vnam affirmare, alteram negare oportere. His accedit, quod demonstratio negationibus semper adhibenda sunt affirmaciones. Semper enim maior est aientium, quam inficiantium propositionum numerus, in omni demonstratione, quæ retro acta ad principia, in aliquam magnitudinem augetur. Ut autem plus, quam vna negatio in omni ratiocinatione sumatur, fieri negamus. Sint enim hæc

Bb ij sumptio

## Commentarius

sumptiones, nullum, b, est, a, omne, c, est, b: nunc si oporteat has rursus propositiones confirmando, in maius augere demonstrationem, interponendum erit medium inter, a, &, b, quod sit, d, &. aliud quipiam inter, b, &, c, quod sit, e. Ac perspicuum quidem est mediū, c, in affirmationibus tantum accipi: d, autem, cum, b, quidem coniunctum in assumptione, affirmationem facit: propositio autem, in qua cum, a, ipsum, d, connectitur, est negans, ut fiat hoc modo ratiocinatio: Nullum, d, est, a, omne, b, est, d. Est igitur in eo tōto propositionum numero, vna sola negatio: nec secus in alijs omnibus ratiocinationibus siet. Si quidem in affirmatione concludenda semper necesse est utrunque sumptionem esse affirmationem, in negatione verò, tantum altera inficiatur. Quo sit, ut hēc sola negatio sit, cum aliæ omnes sint affirmantes. Si igitur id semper notius, & credibilius est, quod ad fidem faciendam adhibetur: demonstratio autem negans, per affirmantem, nec vicissim affirmans per negantem confirmatur: erit profectio aiens demonstratio prior, notior, credibilior altera, ob causam præstantior.

His verbis secunda ratio continetur, & ita explicatur. Id est notius, prius, atque præstantius, quod adhibetur ad fidem faciendam alterius, huiusmodi est aiens, aut afferens demonstratio: ergo illa est notior, prior atque melior negante. Nota est consequentia, & major aperta, quoniam, ut secundo capite dictum est, principia credibiliora sunt conclusione. Minor quoq; constat, quia demonstratio negans sine affirmatione constare non potest, cum ex utraque propositione negate nihil omnino possit colligi. Ut in libris de priori resolut. monstratum est: afferens verò demonstratio nihil opus habet negatione, si quidem ex utraque propositione afferente sit collectio.

Postremò si nil est principium demonstrationis, quām vniuersa propositione medio carēs, accipitur autem in aiente probatione affirmans talis propositione, in inficiante autem negans: & affirmans negante prior est, & notior: Ac notior quidem, eo quod confirmantis negationibus affirmationes adhibentur: Prior verò, quoniam esse prius est, quām non esse: Ex ijs profecto efficitur necessario certiora, præstantioraque esse affirmantis, quām negantis demonstrationis principia. At enim, quae melioribus vitudinis

tijs,

## in caput vigesimumsecundum.

95

tūs, eam non modo meliorem esse necesse est, sed etiam ad ipsorum principiorum naturam magis accedere, hoc ipso, quod non potest negans sine affirmante constare.

Hactenus tribus rationibus ysis est Arist. ad probandum afferentem demonstrationem præstare negati, una est, quia est brevior afferens, quam negans: altera, quia notior: tertia vero, quoniam probabilior. Simul iam complexus est secundam, & tertiam rationem, nunc verò postremam explicat, illa sic accipitur. Principium demonstrationis afferens est affirmatio, negantis vero negatio, ut plane constat, sed præstantior est affirmatio negatione, ergo afferens demonstratio melior est, quam negans. Nota est consequentia, si quidem ex principijs, & causis effecta iudicamus, atque id est melius, cuius est causa melior. Minor probatur, nam ut esse prius est, quam non esse, ita quoque affirmatio, quæ dicit rem esse, prior est negatio ne, quæ dicit rem non esse, notior quoque est negatione, cum accipiat ad constituendam demonstrationem negantem, & faciendam fidem negantis propositionis: quod si prior est, atque notior, erit quoque melior. Obiter tamen considerandum est, quod hoc loco inquit Arist. prius est esse, quam non esse, ad eandem rem non esse referendum, sed est illud quidem accipiendo simpliciter. Res enim quævis prius non est, quam sit, simpliciter vero prius est esse, quam non esse, aliqui quod semel non est, nunquam fieri posset. Perinde in præsentia contingit, atque in actu, & potentia: in eadem si quidem re potentia prior est actione, cum de potentia educatur actio: simpliciter vero atque omnino prius est actus, quam potentia, quando quidem potentia in actu deducitur ab eo, quod est actu.

## ¶ Argumentum cap. vigesimi secundi.

Tertiam questionem absolvit presenti capite, ea est, utra demonstratio sit præstantior, rectane, an quæ aduersariorum urget in commodo, vel dicit ad impossibile. Definit autem Arist. unica ratione ostensiuam demonstrationem, aut rectam præstatiorem esse:

hoc ut

## Commentarius

hoc ut efficiat commodius, proposito exemplo utrumque genus demonstrationis explanat.

### Caput vigesimumsecundum.

**Q**uoniam autem longè præstat demonstratio affirmans neganti, perspicuum etiam est ab illa eadem, longè superari probationem, quæ aduersarium vrget incommodo. Imprimis aurem quid hæc probatio differat ab ea, quæ ad fidem direcione pertinet, intelligendum est. Nam cum ita conficitur ratiocinatio, nullum, b, est, a, omne, c, est, b, nullum igitur, c, est, a : tum est directa huius negationis, nullum, c, est, a, probatio. Quæ vero ad incommodum dicit, hunc modum conficitur. Esto hoc propositum ad ostendendum, nullum, b, est, a. Ut id ostendam, ego contra accipiam, omne, b, esse, a, tum assumam, omne, c, est, b : ex quo efficietur, omne, c, esse, a. Quæ conclusio quoniam perspicue falsa est, fierique id non posse, quod ait, omnium opinione confirmatum est, propterea ego ad extremum concludo, nō tuisse veram illam propositionem, omne, b, est, a. Nam si illam assumptionem omne, c, est, b, veram esse cerum est, ac concessum: fieri omnino non potest, ut vera sit propositio, omne, b, est, a.

Ergo ut questionem propositam explicet, initio docet, quæ nam sit demonstratio recta, aut ostensiva, similiter quæ sit ea, quæ dicit ad impossibile. Sed quoniam Arist. hanc ipsam rem pluribus verbis persequutus est, quam par est, nos libertatem eius orationis de passimus, redigentes in compendium longum eius sermonem. Recta igitur demonstratio est, cum verum consequens efficitur antecedentibus propositione atque assumptione veris, ut cum ita dicimus. Nullum, b, est, a, omne, c, est, b, ergo nullum, c, est, a. Demonstratio vero quæ dicit aduersarium ad impossibile, illa est, quæ cum, qui negat veram esse propositionem aliquam, fateri cogimus, atque admittere aliquid, quod sit impossibile. De qua re lib. secundo de priori resolutum est ab Aristotele. Hoc fit sumpta aliqua propositione manifeste vera, ex qua cum altera, quam veram credit aduersarius, colligimus manifeste falsam. Cum enim consequentia legitima sit, & conclusio

### in caput vigesimumsecundum.

96

conclusio plane falsa, necessarium est alteram antecedentis partem falsam esse: atqui vera est proculdubio illa pars antecedentis, quam nos sumimus ergo ea quam veram eredit aduersarius, omnino falsa est, aut duo contraria, seu contradicentia vera sunt, quo nihil potest fingi magis absurdum. Exemplo res constat. Vult quispiam monstrare veram esse propositionem, quæ dicit nullum, b, est, a, si neget aliquis veram esse, erit vera hæc, omne, b, est, a, quæ est ei opposita: deinde accipiatur omne, c, est, b, quæ sit vera manifeste, fieri hæc demonstratio. Omne, b, est, a, omne, c, est, b, ergo omne, c, est, a. Consequentia nota est, ut appareat, Et conclusio falsa, ita enim ponimus, ergo altera pars antecedentis: non minor, quæ est aperte vera ex hypothesi, ergo maior, quare eius contrarium verum est, nullum, b, est, a, aut aduersarius ad incommodum ducitur, dum cogitur negare propositionem, quæ manifeste vera est. Hæc autem ratio ut habeat vim, contrariū prioris propositionis quā accipimus, necesse est, ut materia consistet necessaria, aut repugnante, sic enim probabimus veram esse hanc propositionem, cuius contraria falsa sit. In materia enim contingenti duo contraria falsa esse possunt, quare nihil prohibet falsa propositionis contrariū falsam esse. Et sane tales accipit propositiones Arist. in præsentia, cum sint illæ demonstrativa.

Ac verborum quidem simplicium, ex quibus veræque constant, collocatione, non distinguuntur: sed in eo tantum cernitur dilectimen, utræ ex duabus negantibus propositionibus notior esse ponatur, illa ne, quæ dicit nullum, b, esse, a, an quæ, nullum, c, esse. Nam si id aperius est non esse, quod hac conclusione pronuntiatur, erit demonstratio per absurdam consecutionem docens: si illa clarius est, quæ in ratiocinatione propositionis loco accipitur, erit directa rei probatio. Atqui naturæ ordine prius est, nullum, b, esse, a, quam nullum, c, esse, a, quandoquidem ea semper priora sunt complexione, ex quibus ipsa complexio efficitur. Est autem hæc nullum, c, est, a, complexio, illa autem nullum, b, est, a, proposition, ex qua hæc conficitur conclusio. Neq; enim quoquo modo ex alijs reprehendatur, ac refellatur quippiam, id statim ita accipi debet, ut hæc semper conclusio censeatur, illæ assumptiones, ex quibus efficiatur illa complexio, appellantur. Sed ea demum sunt,

## Commentarius

funt, ex quibus aliquid concludi propriè dicitur, quæ in aliqua ratione ita accipiuntur, ut aut quasi pars, post totum, aut contra post partem, totum, ante complexionem sumptum sit. Duæ autem illæ propositiones, a, b, & c, a, c, non sic sunt inter se affectæ. Quocirca si præstantior est, quæ ex apertioribus, ac prioribus constat, valeant autem illæ quidem utræque negantes demonstrationes ad fidem faciendam, sed vna ex prioribus, altera ex posterioribus conficiatur: illud profectò necesse erit, ut demonstratio negans, quæ simpliciter, ac directo rem probat, ea sit accuratior, quæ ad incommode ducit. Vnde perspicuum est, quia omni negante, præstantior est affirmans demonstratio, longè præstare ipsam affirmantem, omni, qua per incommoda res docetur, demonstrationi.

Postquam discrimen assignauit inter utrumque genus demonstrandi, propositam definit questionem dicens, ostensuam demonstrationem meliorem esse ea, quæ dicit ad impossibile. Hanc sententiam uno duntaxat argumento conuincit, quod ita colligitur. Ea demonstratio, quæ fit ex prioribus & noctioribus antecedentibus consequens, præstantior est altera, huiusmodi est re. Ea demonstratio, si cum ea conferatur, quæ aduersarium verget incommodo, ergo melior, atque præstantior demonstratio illa est, quam quæ dicit ad impossibile. Nota est consequentia, & maior aperta: minor probatur exemplis propositis, in quorum priori recta ex principijs colligimus conclusionem, in posteriori vero ex notioribus, & absurdis, quæ antecedens consequuntur, aduersarium ducimus ad impossibile. Hinc colligit Arist. præstare afferentem demonstrationem ei demonstracioni, quæ dicit ad impossibile. Ratio est, quoniam, ut diximus, affirmatio præstantior est negatione, ipsa vero demonstratio, quæ dicit ad impossibile, negat, non afferit.

## Argumentum cap. vigesimtertij.

Institutum Arist. presenti capite illud est, conferre inter se scientias, quemadmodum initio huius capituli testatur his verbis. Proximum

## in caput vigesimumtertium.

ximum est, ut scientiam cum scientia comparemus. Docet autem tribus modis unam scientiam esse altera accuratiorem, certioremq;. Hanc disputationem indicauit Arist. postremo capite libri secundi de pri. Philosophia petendam esse ex libris de post. resolut. Et capit. 3. lib. 4. de prima Philosophia.

## Caput vigesimumtertium.

**P**roximum est, ut scientiam cum scientia comparemus. Ac prius, illa est accuratior, ac prior, quam simul, & quod res sit, & cur sit, non autem quod sit tantum percipitur, quia si qua sit, qua rei tantum causa cognoscatur.

Primum igitur, illa scientia est accuratior, & melior, quæ docet rem esse, & curres sit, quam quæ solum docet rem esse, id est, quæ ex principijs efficitur. Hoc nomine naturalis Philosophia certior est, quam Medicina, illius enim principia demonstrat. Hinc collige obscuram esse cognitionem, quæ non comparatur per causam. Huiusmodi est historia animalium Aristot. atque etiam historia plantarum.

Deinde illa semper est certior, quæ in eo subiecto versatur, quod est omnino à sensuum iudicio disunctum, quam, quæ in re versatur ad sensum maximè accommodata. Ut Arithmetica, quam Musica subtilior est ac certior.

Secundo illa scientia certior putanda est, quæ non est de subiecto aliquo, hoc est, quæ considerat res simplices & minimè sensibus subiectas. Hoc nomine Arithmetica certior est, quam Musica, considerat enim Musica numerum sonorum qui sensui auditus subiectus est. Arithmetica vero numerum simpliciter, qui est sine materia.

Postremo accuratior est, quæ simplicioribus elementis constat, ea cuius elementa, non nisi ex aliqua adiectione, intelliguntur: quæ ratione Geometria præstat Arithmetica. Quid autem ex adiectione appellauerim, hoc exemplo intellegi potest. Unitas enim natura quedam est, quæ nulquam posita, per le spectatur: punctum autem substantia quedam est, quæ situ quodam suo intelligitur: quod nos supra appellauimus ex adiunctione.

## Commentarius

Tertio ea scientia accurior, & certior est, quæ paucioribus principijs constat, atque etiam simplicioribus. Hoc nomine Arithmetica certior est, quam Geometria: nam principium Arithmeticae simplicius est, quam Geometria, est enim huius subiectum punctum, Arithmetica vero unitas: & quidem unitas non est cum aliqua adiectione, quoniam non oportet, ut habeat positionem in continuo, aut loco: punctum vero alicubi situm esse oportet, est enim punctum, cuius pars non est, & positionem habet in continuo, nempe in linea.

**Obiectio.** Dicet aliquis, non omnino verum videri quod diximus, certiorum inquam illam scientiam esse, quæ res simplices atque ab iunctis à materia contemplatur. Nam Theologia Deum, Spiritus, & denique immaterialia considerat, certior tamen non est ceteris disciplinis, imò vero obscura admodum est, & leuiter à nobis percipi potest. Dicendum ad hoc est certissimam esse Theologiam, quod si obscura videtur, non est in ipsam scientiam culpa coniuncta, sed potius in animi atque ingenij nostri angustiam, atque imbecilitatem. Res exemplo explicatur, ut enim sol, quia splendidior est ceteris astris, per se ipsum magis cadit in aspectum, quam cetera astra, cum sit lumen causa cur videamus, non videtur tamen à perspicillione, aut noctua, quod tenues ocellos habeant.

**Soluitur** Ita quoque Deus optimus maximus cum simplicior atque immaterialior sit ceteris rebus creatis, suapè natura melius atque certius potest intelligi, non intelligitur tamen culpa ingenij nostri, quæ inde orta est, quod animum habemus in corpore tanquam in carcere conclusum, & per sensus tanquam per fenestras animi verum omnium cognitio haurienda est.

Vna scientia est, quæ in uno quodam genere versatur, eatum rerum, quæ ex ijsdem primis initijs constare, cernuntur: quorum initiorū, aut partes, aut affectiones sunt illa, quæ per se conuenient illi generi conspiciuntur. Diuersa autem sunt, quarum principia, nec eadem sunt, nec alia sub alijs continentur. Has vero diuersas esse scientias, quas dicimus, ijs constare poterit, qui ad prima usque principia regrediendo, peruerterint. Illa enim ad idem ges-

nus.

in caput vigesimum tertium.

98

nus pertinere debent, ad quod ea, quæ demonstratione conclusiuntur: Ut vel hoc argumento perspici potest, quod ea ipsa, quæ ex ijs principijs probantur, necesse est omnia, eiusdem esse generis, summaque natura societate inter se coniuncta.

Quoniam sèpenumero in hanc disputationem ea in cedit questione, utrum Geometria & Stereometria una scientia sint, an potius diuersæ. Docet praesenti loco Arist. rationem explorandi, quæ scientia una sit, atque eadem, quæ plures aut diuersæ. Una igitur scientia vocatur ex una re subiecta, quam tractat, de qua quidem re per principia propriae affectiones monstrantur: non quod una & eadem res non possit explicari in diuersis scientijs, optimè enim potest. Nam homo, ut res naturalis est, tractatur à Philosopho naturali: ut subiectus morbo & valetudini, à medico. Una autem scientia dicitur, quia una est ratio rei subiectæ, qua conuenit toti arti. Una inquam aut genere ut magnitudo, aut ab uno ad unum, ut ens est enim subiectum primæ Philosophiae, & dicitur ab uno ad unam naturam de decem sumis generibus, quemadmodum Arist. testatur lib. quarto de prima Philosophia, & explicatum est à nobis longo sermone commentario in caput de Specie. Meminisse tamen oportet, quod ad idem genus subiectum pertinent affectiones seu proprietates, & partes rei subiectæ, siue illæ vera partes sint, ut semicirculus pars circuli est, siue quæ rationem partium habent, vera tamen partes non sunt, sed formæ potius aut species, ut linea, & superficies magnitudinis.

Diuersæ autem scientiæ sunt, quæ diuersa habent principia: diuersa autem principia voco, quæ neque eadem sunt, neque alia sub alijs continentur, huiusmodi sunt Arithmetica, & Geometria, Musica & Perspectiva. Cognoscemus diuersa esse principia ex conclusionibus, in quibus de subiectis diuersorum generum adfectiones et proprietates colliguntur.

Iam fieri potest, ut ad eandem rem probandam adhibeantur plures demonstrationes, non solum si ex eodem quidem ordine sed non deinceps, ac continenter, sumantur media cuius generis sunt media inter, a, &, b, c, d, &, e: sed etiam si ex alia quadam serie rerum accipiantur medium. Exempli gratia, sit, a, agitari, d, vero

Cc ij moneri

## Commentarius

moueri, b, voluptate affici. Ac rursus sit, e, tranquillari. Verum igitur est, & omne, d, esse, a, & omne, b, esse, d. Quicquid enim mouetur, agitatur: qui autem voluptate fruitur, mouetur. Et rursus verum est, omne, e, esse, a, & omne, b, esse, e, omnis enim, qui tranquillatur, etiamnum in agitatione est: qui autem voluntatibus fruitur, tranquillatur. Itaque per diuersa media, q[uod]orum non ponitur vnum sub altero, sed ad diuersas rerum series pertinent, rationatione effecta est haec vna conclusio. Verum, intelligendū est, ea media non tam posse esse diuersa, vt alterum alteri nullo modo conuenire possit: quandoquidem eidem alicui ambo conuenire conspicuntur. Videādum porro est etiam in alijs figuris quā multā de eadem re rationationes fieri possunt.

H[oc]is verbis docet fieri optimè posse, vt eadem quæstio per diuersa media monstretur. Hoc autem bifariam efficitur, aut enim media sunt eiusdem ordinis, aut diuersi: eiusdem ordinis, vt cum monstramus hominem esse substantiam per animal, animatum & corpus, hoc modo, Omne corpus est substantia, omnis homo est corpus, ergo omnis homo est substantia, omne animatum est substantia, aut omne animal est substantia. Diuersi ordinis sunt animal, & disputans, arque alia id genus, per quæ colligitur haec eadem quæstio, vtrum homo sit substantia, tanquam per media. Cum autem dicimus eadem quæstionem posse monstrari per media diuersi ordinis, necesse est, meminerimus non debere illa vsque adeo diuersa esse, vt non possit vnum alteri conuenire, nam per media quæ sunt predita ea natura non potest monstrari eadem conclusio, ratio est, quoniam illa conuenire debent eidem, quare oportet, vt prius conueniant inter se.

## Argumentum cap. vigesimiquarti.

Dicit h[oc]tenus Arist. quarum rerum sit demonstratio, nunc explanat, quarum rerum non sit, vt omnibus numeris perfecta disputatio habeatur, vtunque enim pertinet ad eundem artificem.

## Cap. vigesimumquartum.

Eorum

## in caput vigesimumquartum.

99

Orum autem, quæ casu, aut fortè fortuna fiunt, nulla potest esse, quæ ex euidenti probatione oriatur scieatia. Neque enim necessarium est, neque plerunque ita fit, quod fortuitè evenit: sed in alio rerum genere, quod est, præter h[oc] duo, euēta fortunæ collocantur. Omnis autem demonstratio, ex altero illorum constat. Nam omnis, qua quipiam demonstratur probatio, constat propositionibus, aut omnino necessarijs, aut quæ plerunque ita fiunt. Ac si quidem necessariæ sumptiones sint, necessaria est complexio. Sin ex ijs sunt, quæ plerunque eveniunt, talis etiam futura est conclusio. Quare si quod casu, & fortuitò fit, nec semper, nec plerunque ita fit, non poterit illius vlla esse euidens probatio.

Duo statuit theoremat a Arist. præsenti capite, vnum est, quod non potest haberi scientia comparata per demonstrationem rerum fortuitarum. Haec conclusio monstrari posset ex ijs, quæ cap. quarto dicta sunt, demonstratio nem in quam, esse ex necessarijs: similiter etiam confirmari posset secundum theorema, nam fortuita, & sensilia necessaria non sunt, aliam tamen viam Arist. ingreditur. Neque debet à quopiam reprehendi hoc nomine, aut quod rem istam de qua alio loco non nihil differuit, rursus tractet, nam alibi quidē obiter, & veluti aliud agens rem explicuit, vt scrupulum eximeret animo. Nunc verò, id est, suo tempore, atq[ue] loco latius rem explanat, quod differendi ratio postulat. Argumentum ergo quo probat Arist. propositam assertionem, tale est. Demonstratio est earum rerum, quæ semper aut plerunque fiunt, res autem fortuitæ neque semper fiunt, neque plerunque ergo rerum fortuitarum non est demonstratio. Nota est consequentia, & antecedens probatur. Nam cum sint quatuor genera quæstionum, quæ semper fiunt, vt vtrum omnis homo sit natus ad risum: quæ plerunque fiunt, vt de eclipsi lunæ, atque solis: quæ in alterutram partem aquæ possunt cadere, vt quæ pendet ex hominum voluntate: postremo quæ raro fiunt, sive casu, sive fortuna eveniant. Duo quidem priora genera problematum ad demonstrationem pertinent, quoniam vtrunque necessarijs constat, quibus efficitur demonstratio, tametsi ratione diuersa, nam ex simpli- citer,

## Commentarius

citer, atque omnino necessarijs conclusio efficitur perpetua, atque etiam necessaria omnino, ex necessarijs secundo modo efficitur sa- ne necessaria conclusio, non tamen perpetuò, sed definito, certoque tempore: quam rem alio loco attigit Arist. Duo verò posteriora ge- nera problematum non possunt in artem cadere, quoniam non sunt de rebus necessarijs.

Ac ne per sensum quidem vlla oritur scientia. Quanquā enim vniuersæ cuiusdam rei, ac non singularis sit sensus, quæ tamen res actu sentitur, eam necesse est, non modo singularem esse, sed & certo quodam loco, & tempore definitam. Ipsum autem genus vniuersum, quod in omnibus rebus singulis cōtinetur, sensu per-  
cipi nullo modo potest: quandoquidem non sit certo quodam loco, ac tempore definitum: aut certè vniuersa res non esset. Nā, quod semper est, & vbiique, hoc est, quod vniuersum genus ap-  
pellamus. Quando igitur vniuersarum rerum sunt demonstra-  
tiones, quas non possumus sensu percipere, perspicuum est, nos sola sensuum perceptione non posse cuiusquam rei scientiam al-  
sequi. Quinetiam illud planum est, tamen si sensu percipi posset,  
triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, nihil omi-  
nis huius rei nos demonstrationem requisituros: nec eam, quod aliqui affirmant, adhuc sciremus. Quod enim sensu accipitur, sin-  
gulare est, omnis autem scientia in rei vniuersæ cognitione posi-  
ta est. Quo fit, vt si supra Lunam positi, obiectam terram videre-  
mus, nondum tamen causam definitionis intelligeremus. Quan-  
quam enim tum Lunam deficere sentiremus, tamen non omnia  
non quamobrem deficiat, intelligeremus: quandoquidem sensu  
non percipitur genus vniuersum. Illud tamen fieri potest, vt quia  
idem illud sèpius euenire conspeximus, inuento tandem vniuer-  
so genere, rei demonstrationem. Ssequamur. Sic enim ex multis  
rebus singulis, totum genus manifestum fieri solet. Est porrò ge-  
nus vniuersum, vel hoc nomine plurimi facièdum, quod causam  
rei complectitur, ac declarat. Quare earum rerum, quæ sub scien-  
tiam cadūt, vniuersa cognitio est præstantior omni sensuum per-  
ceptione imò verò, & omni alia cognitione animi, si modo earū  
rerum sit, quæ causam aliquam habent. Nam de principiorum co-  
gnitione alia ratio est. Planum igitur ex ijs est, intentiendo nō es-  
se positam rei, quæ demonstrari potest scientiam, nisi id quisquā  
fateri

## in caput vigesimumquartum.

100

faterit velit, nī aliud esse sensibus percipere, quām scientiam. cu-  
iusque rei per demonstrationem cōsequi. Veruntamen quædam  
quæstiones sunt quarum obscuritas, ac dubitatio cōfertur ad sen-  
suum defectiōneim, & infirmitatem. Quædam enim sunt, quæ si  
oculis cernere possemus, nunquam dubitaremus: nō quod rem  
oculis perspicere, sit scire, sed quoniam ex oculorum sensu ori-  
tur vniuersi generis conformatio. Veluti si tantum oculi valerēt,  
vt minimos vitri meatus, transmissumque per illos lumen cerne-  
re possent, id nō obis apertissimum esset, quam obrem luceat vitrū;  
propterea quòd videntes in alio, atque alio vitro, ita rem habe-  
re, communem notionem statim efficieremus, esse omnium ean-  
dem rationem.

His verbis tradit secundum theorema, illud est. Rerum sensuum  
neque scientia est, neque demonstratio. Hoc ita probat. Scibilis  
sunt vniuersalia, sensilia non sunt vniuersalia, sensilia igitur Scibi-  
lia non sunt. Nota est consequentia, & maior probata est cap. quar-  
to, minor etiam vera est, quoniam sensus solum percipit res singulas,  
certo loco, & tempore definitas, vt hunc colorem, illum sonum:  
vniuersale autem, vt vniuersale est, id est, separatum à rebus singu-  
lis sensus percipere non potest, imò verò etiam si vniuersale, ex quo  
demonstratio efficitur, sensu percipi posset, vt triangulum habere  
tres angulos duobus rectis pares, nullo pacto id satis esset, vt demon-  
strationem eius rei, quam sensu percipimus, habere existimaremur,  
quoniam adhuc causam ignoraremus, ex qua fit demonstratio. Ne-  
que enim satis est rem intrueri, vt causam cur res sit, intelligamus,  
sed præter sensum necessaria est vis alia cognoscendi longe melior,  
qua causam agnoscamus, qua in vniuersali latet. Rem exemplo pro-  
bat Arist. si quis, inquit, positus esset supra Lunam, & videret ecli-  
psim, huius quidem eclipsis causam agnoscet, scientiam tamen  
eclipsis non haberet, quoniam ignorat causam vniuersalem. Admonet  
ramen Arist. quòd cognitio rei singularis interdum magnopere cō-  
ducit ad comparandam cognitionem generis vniuersi, nam vniuer-  
sa existunt in rebus singulis, ex quibus totum genus manifestum  
fieri solet.

Hinc

## Commentarius

Hinc infert Arist. quod cognitio vniuersalis praestantior est omni cognitione sensuum, ratio est, quia cum vniuersum causam significet, qui illud nouit, causam nouit, qui vero intellexit res singulas, non statim cognitam causam habet. Secundò infert, quod per sensum non potest scientia comparari, quemadmodum dictum est. Postremo, contingit aliquando nihilominus, ut ignorentur problemata, tantum quia sensibus non percipiuntur. Huiusmodi est illud problema, cur lumen penetret vitrum? Penetrat enim quia corpus rarum est, aut porosum nimis: si enim poros oculis cerneremus, facile quidem huiusmodi quæstio solueretur, non quod rem oculus perspicere sit scire, sed quoniam ex oculorum sensu oritur vniuersi generis conformatio, obscuritas enim, & dubitatio ora erat ex sensuum infinitate, atque defectu. Illud tamen altamente reponendum est, quod Aristotel. refert hoc loco, plerunque exemplo vnius rei sensibus accipi cognitionem, atque notitiam vniuersalis. Si enim, inquit ille, oculis cerneremus vitrum per foratum protinus conciperemus animo omne vitrum perforatum esse, atque ob eam causam perfundi lumine. Quod est contra sententiam Sophistarum afferentium, ut sumatur vniuersalis cognitio, necessarium esse, ut intelligamus plures res individuas aliquid habere commune.

### ¶ Argumentum cap. vigesimiquinti.

Praesenti capite disputat Arist. de communione principiorum, confirmatque sex argumentis, non esse eadem omnium demonstrationum, atque scientiarum principia: ex quibus duo priora Logica sunt, quia non solum demonstrationi, sed etiam cuiuslibet syllogismo accommodantur, quatuor reliqua Analytica sunt, hoc est, sumpta ex principijs proprijs artis demonstrandi. Summam totius sententiae initio proponit dicens.

### Caput vigesimumquintum.

**S**equitur, ut ostendamus, non posse esse omnium ratiocinationum eadem initia.

Ac

### in caput vigesimumquintum.

101

Quam consuetudinem seruare ille plerunque solet. Adducit statim rationes ad faciendum fidem propositæ sententia, primam quidem, cum inquit.

Ac primum Logicè ista consideranti, sic probari potest. Ominis ratiocinatio, aut vera, aut falsa est. Quamuis enim ex falsis verum efficiatur, id tam eni plusquam semel, vñaque conclusione evuenire potest. Veluti si vera sit hæc conclusio, omne, c, est, a, medium autem, b, falsum, cum nec verum sit omne, b, esse, a, nec omne, c, esse, b, velit autem rursus quispiam has propositiones, alio quodam medio concludere, fieri nō poterit, quin falsæ sint, quæ hic accipiuntur sumptiones, et quod falsa conclusio non nisi ex falsis efficitur; ex veris autem semper vera. At enim vera à falsis maximè distinguuntur.

Ea sic colligitur. Sumptionum aliae vere sunt, aliae falsæ, ergo non sunt omnium syllogismorum principia eadem. Nota est consequentia, & probo antecedens. Nam interdum conclusio legitimis syllogismi vera est, interdum falsa, conclusio autem falsa non potest effici, nisi ex principijs falsis, neque ex veris quippiam colligitur, nisi verum, ergo diuersa sunt principia, verum inquam, & falsum, verum quidem veri syllogismi, id est, eius, cuius conclusio est vera, falsum autem falsi syllogismi, id est eius, cuius conclusio falsa est. Posset quispiam dicere, falsa principia tam seruire syllogismis concludentibus verum, quamvis his, qui falsum concludunt, cum ex falso quandoque verum sequatur, quandoque falsum: quare neque falsum est principium falsi syllogismi, neque diuersorum syllogismorum diuersa principia sunt. Respondet Arist. hoc ipsum non semper verum esse, sed semel tantum id est, in uno duntaxat syllogismo, nam si proposicio falsa quæ sumitur ad colligendum verum, resoluatur, principia ex quibus colligitur, non possunt vera esse, sed falsa. Quare verum est, quod inquit Aristote. diuersorum syllogismorum diuersa esse principia.

Deinde vero, ne ipsa quidem falsa, carent aliquo inter se discrimine. Falso enim de se inuicem enunciantur, tum, quæ aduersa sunt, tum, quæ ita sunt repugnantia, ut omnino conuenienter inter-

Dd      se non

## Commentarius

se non possint. Ut iustitia esse iniustiam falso est, aut ignavia: & hominem esse equum, aut bouem: & quod a quale est, aut maius esse, aut minus.

Iam explicat secundum argumentum, illud est. Adhuc sumptiones ipsæ, quæ falsæ sunt, inter se distinguntur, quare non sunt eadē principia etiam illorum syllogismorum, qui falsi sunt, hoc est, ex falsis colligunt. Nam quādam sumptiones ex contrarijs sunt, ut iustitia est iniustitia, alia ex repugnantibus, ut homo est lapis: hæc autem manifestum est, diuersa esse. Similiter etiā constat logicas esse duas istas rationes, cum seruant omni syllogismo.

At si ea tantum, quæ ad hoc nostrum institutum pertinent, spe etare velimus, hunc in modum ostendetur, ne eorum quidem, quæ vera sunt, omnium eadem esse principia. Multa enim sunt quorum principia, cum generere diuersa sint, nullo modo inter se conuenire possunt. Cuius in odi sunt, vnitates, & pūcta, quæ quo modo conuenire possunt, cùm illæ nullum situm habeant, hæc nisi alicubi sita intelligi non possint. Nam si conuenire possint, & demonstrandis alijs, alia accommodari, necesse est, ita applicentur, ut aut in medio sita sint eorum, quæ demonstrantur, aut tūp̄a, aut infra, aut certè partim intra extrema, partim extra ipsa.

Iam proprias huius artis adducit rationes, quarum prima colligitur exemplo ipsius artium. Planè enim cernimus, diuersas arres diuersa quoque hubere principia: alia enim sunt Arithmeticae, alia Geometriae, quæ nullo modo inter se cōsistentiant. Principium Arithmeticae vnitatis est, Geometriae punctum. Hæc usque adeo diuersa sunt, ut vnitatis per se esse possit, punctum non possit, ut docuimus alio loco. Neque uno istorum uti possumus ad probandum aliud, quoquaque modo addatur, siue sursum, siue deorsum, siue ad latum.

De principijs biformi loquitur Arist. Qua enī ratione obsecro, passiones, & affectiones vnitatis puncto conuenient, aut mutata ratione? Sed memineris, Arist. bifaria de principijs loqui solere, modo enim principium appellat propositionem illam, per quam de subiectum, de quo passiones monstramus, modo autem genus ipsum subiectum, de quo passiones demonstrantur, quo sensu principio vtitur in presentia, ob eamque causam subiectum principium vocat, quod ab eodem affectiones oriuntur.

Sed:

in caput vigesimum quintum.

102

Sed nec ex communib⁹ principijs aliqua esse possunt, ex quibus omnia demonstrantur. Communia autem initia appello, quale est illud, in quaunque re, aut affirmatio, aut negatio vera. Genera enim eorum, quæ sunt, diuersa sunt: & in quantitate, & qualitate semper sunt aliqua, quæ eorum generum propria sunt, quibus acceptis, ac deinde simul adiectis communib⁹, omnes constant demonstrationes.

Posset qui sp̄iam existimare, saltem axiomata, & principia maxime vniuersalia eadem esse in omnibus artibus, atque scientijs, cuiusmodi est, de quoniam est affirmatio, aut negatio inquit Aristoteles. non sunt quidem omnium artium, atque scientiarum eadem axiomata, primum, quoniam illa solum ponuntur in demonstratione vi, & potestate: deinde etiam si natura sua communia sint, cum accommodantur artibus, propria efficiuntur: tertio tamen silla essent communia, non possunt omnia principia communia esse, nam cum sit demonstratio, minor propositio propriis est eius generis, de quo facimus demonstrationem, & id sane necessarium est, ut cum ita colligimus. Quæ sunt æqualia vnitertio, inter se sunt æqualia, a, et, b, lineæ sunt æquales lineæ, c, ergo inter se sunt æquales. Sunt enim, ut scimus, de cem genera diuersa, quæ categorie vocantur, ex quibus subiectum sumimus, quod in minnori propositione collocamus, & cui propria tribuimus.

Iam verò non multò pauciora sunt principia, quam conclusiones: nihil enim sunt principia, quam propositiones illæ, quæ connectuntur ex verbi medijs varia collocatione, quod interdum extra extrema accipitur, interdum inter extrema insicitur. Adde quod conclusiones in immēlum excrescere possunt, cùm interim extrema finito, certoque sint numero.

Hæc est quinta ratio, quæ ita sumitur. Si principia eadem essent, definita essent, atque certa, non sunt tamen certa, ergo neque eadē. Nota est consequentia, & maior aperta: nam quæ infinita sunt, eadem dici non possunt, imo verò neque inter se comparari. Minor probatur. Si conclusiones innumere sunt, principia quoque, quæ ad eas colligendas accipiuntur, erunt innumera. ea est vis principij, nam

Dd ij principi-

## Commentarius

principium nihil aliud est, quām propositio quādam, quā ex varia mediū termini collocatione efficitur, nam medium non ponitur in conclusione, & interdum extra extrema accipitur, cum est, inquit, amplius, quām extrema, interdum verò inter ea collocatur, tunc videlicet, cum conuertitur cum extremis. Sed sunt conclusiones innumeræ, atque infinitæ, hoc est, in certæ:nam licet extrema, hoc est, de cem supra genera, quibus comprehenduntur omnia, quæ sunt, definita, certaque sint, ut constat, ipsæ conclusiones augevi possunt, ac penè in infinitum crescere sumptus semper terminis quibusdam, qui inter illa decem extrema collocantur.

Denique principiorum alia sunt necessaria, alia in rebus contingentibus cernuntur. Qui igitur his rationibus ista examinauerit, facilè videbit fieri omnino non posse, ut sint omnium eadem principia certo quodam numero comprehensa, si sint innumerabiles conclusiones.

*His verbis postremam rationem innuit, quæ ita sumitur. Sumptiones ex quibus conclusio colligitur, alia sunt necessaria, alia vero fortuitæ, aut contingentes, ergo non sunt omnium syllogismorum exdem sumptiones, aut principia, sed diuersa potius, quemadmodum diuersum est necessarium à fortuito.*

At verò si quis hoc de quo agitur, effatum aliter interpretetur, vt dicat, esse quādam vniuersæ Geometriæ communia principia, alia, quæ eadem omnibus numeris conueniunt, tum deinde alia, quæ medicinæ sunt accommodata, quid quælo hoc aliud est, quām dicere singulis scientijs sua quādam esse, ac propria principia? Quid verò magis ridiculum est, quām ob id dicere omnium scientiarum eadē principia, quod vnaquaque scientia sua quādam habet principia, quæ secum ipsa conueniunt, idemque sunt, possunt enim hac ratione omnia eadem appellari.

*Postquam ostendit multis argumentis re vera diuersa esse principia artium, atque scientiarum, labefactat quorundam aliorum Philosophorum sententiam, qui rationem se inuenisse arbitrabantur, qua probarent, eadem esse omnium scientiarum principia: in primis inquit, ridiculum est dicere, eadem esse principia Arithmeticæ, &*

*Geome-*

## in caput vigesimum sextum.

103

*Geometriæ, & Medicinæ, verbi gratia quoniam in singulis ipsis disciplinis aliqua sunt principia. Hac enim ratione, tantum conuincitur eadem esse genere principia diuersarum disciplinarum, quod ne mo sane negat, negamus tamen posse fieri, ut sint eadem principia specie: nam quod illi aiant, scilicet probat singulas artes propria habere principia.*

Sed ne id quidem dici potest, nil aliud esse, eadem omnium principia, ad quamvis rem demonstrandam valere. Nam quid hoc absurdius? neque enim id in ijs scientijs, quæ adhuc inuentæ, & cognitæ nobis sunt, fieri videmus: neque omnino id fieri potest in dissolutione. Principia enim nil sunt aliud, quam propositiones immediatae. Semper autem alia, atq; alia efficitur conclusio, quando diuersæ propositiones immediatae accipiuntur. Quod si hic dicat: quispam primas propositiones immediatas, esse ipsa, quæ eadem esse dicuntur principia: ne id quidem verum esse poterit: quandoquidem vniuersaliter generis, vna est huiusmodi propositionis.

*His verbis reprehendit Aristot. quandam aliam sententiam de principiis. Ferunt nonnulli eadem esse omnium scientiarum principia. Nihil enim potest singi absurdius, cum plane cernamus diuersa accipi principia, cum volumus diuersas colligere conclusiones. Ut in diuersis disciplinis, quarum genus subiectum diuersum est, cum demonstrationem conficiamus, minorem propositionem in qua genus ipsum subiectum colligatur, perpetuò diuersam accipimus. Quare licet plurimum demonstrationum sumptiones aliquot communes esse possint; omnium certè minimè esse possunt.*

Si igitur non possit effatum hoc, de quo agitur, ita accipi, ut ad demonstrandum quoduis, omnia principia ex æquo accommodari possint, & debeant: nec rursus illo modo intelligi, ut nil dicatur, nisi prout sunt diuersæ singulæ scientiæ, ita diuersa esse principia: relinquitur, ut videamus, possit ne in eam sententiam conferri, ut omnium scientiarum principia dicantur esse cognata, & naturæ quadam coniunctione consociata, sed tamè hæc illis probandis esse aptiora, itemque alia alijs. A tui perspicuum iam est, ne id quidem fieri posse. Supra enim demonstratum est rerū genere diuersarum esse diuersa genere principia. Suntemus duo prin-

## Commentarius

principiorum genera: alia sunt, ex quibus conclusiones efficiuntur, alia, quae sunt ipsae res, in quibus versatur scientia: & sunt illa quidem, ex quibus communia, hæc vero, in quibus semper sunt propria quomodo videmus numerum rem esse omnino à magnitudine distinctam.

Postremo loco veritatem indubium Aristoteles cum sit à nobis monstratum, non posse omnium disciplinarum principia eadem esse, neque ad quodvis demonstrandum quævis principia capi possint, sed sint diversarum scientiarum principia diversa, utrum principia omnium scientiarum inter se affinitatem habent, & cognitionem naturæ, sed alia alijs probandis magis accommodentur, atque ideo diversa principia cernamus. Facile dubitationem soluit Aristoteles dicens, quod ne id quidem fieri potest, nempe ut principia omnium disciplinarum inter se cognita sint, & naturæ quadam affinitate coniuncta. Hoc ita demonstrat. Rerum generis diversarum diversa genera sunt principia, per quæ explicantur, sed sunt disciplinae, quarum subiecta differunt genere, quoniam sub eodem proximo genere non comprehendentur, ergo illarum disciplinarum principia genere differentur.

Huius tamen rei occasione admonet Aristoteles duo esse genera principiorum; quod nos paulo ante ex presumimus. Principia enim vocamus eas propositiones, ex quibus per demonstrationem colligitur conclusio: vocamus etiam principium genus ipsum, subiectum disciplinae, ut in Arithmetica numerum, in Geometria unitatem, ergo quævis nihil vetet plurimum scientiarum principia illa, ex quibus conclusio colligitur, eadem esse, ut de quovis est affirmatio aut negatio: & si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent sunt æqualia: profecto genera subiecta diversis disciplinis diversa esse necesse est. Vnde fit, ut maior propositio eadem esse possit in diversis artibus, atque scientijs minorem verò diversam esse necesse est, quam in ea subiectum genus disciplinae collocatur. Hoc, experimenteri facile constabit.

## Argumentum cap. vigesimi sexti.

Hacten-

in caput vigesimum sextum.

103

Hactenus Aristoteles demonstrationes inter se comparauit, atque etiam scientias ipsas, quæ demonstratione efficiuntur, nunc habitum ipsum sciendi cum opinione comparatur, docetque, quo pacto scientia differat ab opinione.

## Caput vigesimum sextum.

Scientia, & res, quæ sub scientiam cadit, differt ab opinione, & re opinabili: quod in rebus vniuersis, ijsque necessarijs certatur scientia, necessaria autem hic dicuntur, quæ le aliter habere non possunt. Sunt porro aliqua, quæ, & sunt in rerum natura, & vera sunt, quæ tamen aliter, atque sunt, esse possunt. Planū autem est in ijs non versari scientiam, alioqui quæ omnino aliter esse, non possent, atque sunt, secus esse possent, atque sunt. Sed nec intelligentia in ijs cerni potest. Intelligentiam enim appello, primā omnīs scientiæ originem. Neque vero certissima illa, quæ citra ullam demonstrationem acquiritur, scientia in illis versatur. Ergo vero scientiam hanc appollo, perceptionem illarum positionum, quæ nullo medio confirmari possunt. At qui omnes habitus, quibus vera noscuntur, sunt intelligentia, scientia, opinio: & quæ ab ijs cognominata sunt, res ipsæ sunt, quæ vere ab ijs percipiuntur. Restat igitur, ut opinio in veris quidem, aut falsis cernatur, sed quæ aliter, atque sunt esse possunt: ita, ut opinio nihil sit aliud, quam propositionis nullo certo arguento confirmata comprehensione non necessaria. Quod autem de opinione dixi, id consentaneum est ijs, quæ in opinando visueneri consipiuntur. Est enim infirma semper, atque incerta opinio: visque, ac natura ipsius, in hac infirma assentio continetur. His accedit quoddam nemo se dicit opinari, sed planè scire, cum existimat non posse rem aliter habere: si ita sentiat esse quippiam, ut nihilominus posse aliter esse existimet, tum se opinari dicit: quasi in huiusmodi rebus incertis cerni opinionem indicans, incertis autem, ac necessarijs scientiam.

Ut apertius explanemus sententiam Aristoteles, præsenti capite, quæ diversam esse pertinet scientiam ab opinione, aliqua nobis initio accipienda sunt: unum est, quod opinio est duplex, una vera, altera falsa,

vera:

## Commentarius

vera opinio est, cum rem credimus sic habere, ut habet, falsa vero, cum aliter habet, quam nos eam habere credimus, cum enim opinio (ut docet Arist.) contingentis sit, atque eius rei, quæ aliter habere potest nihil mirum est, si modo vera modo falsa esse possit. Ergo cū Arist. distinguit scientiam ab opinione, non facit mentionem cuiusvis opinionis, sed eius tantum, quæ vera est, nam hæc aliquo modo ad scientiā viderur accedere, falsa vero opinio nihil cum scientia commune habet, sed omnia prorsus diuersa, quamobrem supervacaneum esset unum ab altero distinguere.

Quæret quis, quamobrem Arist. opinabilis & scibilis mentionem fecerit, non ne satis erat, opinionem à scientia distinxisse, ut constaret rem esse diuersam opinabile, quod ab opinione nomen accepit, & similiter scibile, quod à scientia dicitur? Hac tamen dubitatio facile addimi potest, quanquam enim Arist. scientiam ab opinione distinguere praesenti capite in animum induxit, nō autem rem quæ scitur, ab ea re, cuius opinionem habemus, optimo consilio. Scibilis atq; opinabilis meminit, eo videlicet, ut intelligamus exactius quæstionem propositam, nempe, utrum scientia atque opinio diuersa sint: & præterea ut sciamus utrum scientia atque opinio de eodem haberi possint: nam si sint idem hæc duo, quid prohibebit scientiam atque opinionem de eadem re haberri posse? Tertio accipiendum est, quod opinio multis modis usurparur ab Arist. primum quidem opinionem vocat, 3. de anima conclusionem cuiuscunque rationis, sine illa necessaria sit, sine probabilis. Secundo, opinio ab eo vocatur cognitio rerum fortuitarum: in praesentia vero Arist. non accipit opinionem priori intellectu, sed posteriori potius.

Est igitur conclusio, quam statuit Arist. initio huius cap. scientia differt ab opinione, secunda significatione accepta, & quæ vera sit, ut diximus. Hanc conclusionem bifariam probat Arist. primum quidem, quoniam scientia est cognitio certa, opinio vero incerta: potest enim opinio aliter habere, scientia vero nequaquam.

Secundo differunt, quod scientia est rerum uniuersarum, ut diximus, ergo & necessiarum, nam uniuersa sunt necessaria, cum neque

## in caput vigesimum sextum.

105

neque generari, neque corrumpi possint: opinio vero est rerum fortuitarum. Quod autem opinio sit rerum fortuitarum, & quæ aliter habere possint, confirmat Arist. duobus argumentis, primo cum tres sint habitus cognoscendi res veras, scientia, intellectus, opinio, res autem vera aut sunt necessaria, aut fortuitæ: circa res veras, & necessarias versantur scientia atque intellectus: nam intellectus est habitus cognoscendi principia indemonstrabilia, scientia vero est habitus cognoscendi ea, quæ demonstratione probari possunt, & necessaria sunt. Relinquitur ergo opinionem esse habitum cognoscendi res veras, sed quæ aliter habere possunt, cuiusmodi sunt res fortuitæ, cum non agnoscantur villo illorum duorum actuum, neque sit alius, quo illa possint cognosci. Si enim rerum fortuitarum scientia, aut intellectus esse posset, cum ea, quæ scimus, & ea, quorum habemus intellectum, aliter habere non possint, eveniret, ut quod aliter habere non potest, possit aliter habere, nam fortuita huiusmodi sunt: quo nihil potest esse absurdum magis.

Secundò, hoc idem probat Arist. ex communi loquendi consuetudine, vulgo enim illum hominem scire dicimus, qui certò rem nouit, neque mutari villo pacto potest, illum autem opinari, qui nō omnino, certoque rem intellectus. Est autem hoc argumentum non parum efficax, ut alio loco à nobis monstratum est. Accedit ad superiores duas rationes opinionis definitio, quæ his verbis tradit Arist. Opinio est comprehensio propositionis vacantis medio, & non necessaria. Sed hæc definitio obscura sane est, atque difficilis explicata, quam nos facile exponemus.

Primum quidem in definitione opiniones progenere ponitur comprehensio, aut cognitio, si quidem omnis opinio comprehensio est, nō contra. Verum hæc cognitio modo actus quidam est, modo habitus, ut monstrabimus paulo inferius: cetera vicem habent differentias, quibus partibus opinio differt à scientia, atque intellectu, nam opinio fortuitarum rerum est, scientia atque intellectus necessariarum, licet diuersa ratione, ut paulo inferius ostendemus. Nihil autem vere (ut hoc obiter admoneam) necessariam esse rem, modo non cre-

Ee damus

## Commentarius

damus esse necessariam, ut eius opinionem habere dicamus. Nam opinio est rei, quare vera fortuita est, vel eius rei, quae tametsi necessaria sit, non putatur esse necessaria. Dicitur in definitione, quod opinio est propositionis vacantis medio, non quod nulla sit opinio mediana, i.e. quae medium habeat, per quod comparetur, sed cum sit opinio duplex, una immediata, altera mediana, eam distinxit a scientia, quae maiorem cum eadem videtur habere affinitatem, & cognitionem. Ramus ait, propositionem de qua opinio habetur, differre a propositione demonstrativa, quod hæc revera medio vacat, ea vero de qua opinio habetur, medio videtur vacare, non vacat tamen.

Verum Iudicio meo sententiam non attigit. Cum enim Aristot. inquit opinionem comprehensionem esse propositionis vacantis medio, solum significat propositionem illam, cuius opinio habetur, nullo certo arguento probari posse. Scientia enim comparatur ratione necessaria, opinio vero non potest: quin immo aut ratione probabilis efficitur, aut cuiuspiam probati viri autoritate, quorum neutrum certum, atque evidens argumentum est, sed facile potest fallere, medium enim cuius in his libris mentio fit, necessariam fidem facit. Quare immediata existimatio est, quae vacat medio necessario ad faciendam fidem. Qui sensus si seruetur, nullæ in definitione sunt salebra, sed aperta omnia. Ex his quæ diximus, intelliges, quam aliena sit ab Arist. doctrina, & præterea quam inepta, vulgaris illa opinonis finitio. Opinio est assensus verus, aut falsus, incertus, seu cum formidine. Secundo memineris, nos minime negare aliquam esse propositionem Dialecticam, quæ medio vacat. I. que nulla ratione indigeat, ut eius opinionem habere possumus, sed de eare plura dicimus inferius.

Quæstio Vtrum opinio docere quemdam esse habitum, opinionis, non minus, quam scientię, atque intellectus. Nonnulli ex sophistis opinantur habitum esse, se non posse, sed omnem illam actum esse: adducuntur in istam sententiam duobus argumentis, unum est, quoniam habitus non fit ex uno actu, sit autem opinio ex quavis ratione probabilis, aut autorita-

{ te

## in caput vigesimum sextum.

106

te probati viri, quare non est ullus opinionis habitus. Alterum est, quoniam opinio facile recedit, adueniente enim ratione aliqua firma, & contraria dissipatur opinio nullo negotio, quare eius nullus est habitus, cum habitus difficile comparari, atque abiici possit.

Atqui dubium non est, quin sit opinio aliqua habitus, alia actus, sicuti scientia opinio, actus est actualis existimatio rei non necessaria, neque per medium necessarium: opinio habitus est, habitualis existimatio, quæ quidem dignatur in nobis subinde repetita probabilis aliqua ratione, aut revocata immemoriam cuiuspiam sententia: etiam sineulla ratione. Hæc vero solet interdum tam altas, atque profundas radices in animo agere, ut contraria probabilis ratio eam non facile possit abiicere, & propensum reddit animum, ad assentiendum propositioni, cuius opinionem habemus. Illa vero, ut creditur, non ex quavis ratione probabilis dignatur, sed decipimus nos similitudine, quia actum opinionis cum habitu confundimus, nihil autem mirum est, tametsi habitus opinionis firma aliqua, atque evidenti ratione corrumpatur, & abiiciatur animo, quoniam ipsa ratio evidens longè exuperat probabilem. Satis est autem, ut habitus putetur, quædà probabilis aliqua ratione, quæ contraria sit opinioni, magno negotio corrumpatur: quod est maxime proprium, atque etiam peculiare ipsius habitus. Omnes enim isti, habitus animi vocantur ab Arist. scientia, intellectus, prudentia, ars, sapientia, opinio: quod si certi habitus sunt, opinio quoque habitus erit. Sic enim ait Aristot. cap. ultimo, lib. 2. quoniam omnium qui ratione cernuntur habituum, quibus verum aliquod dicere possumus, alijs sunt, in quibus perpetua inest veritas, alijs, in quibus, ut falsum dicatur, interdum enierit, huius generis sunt ars, prudentia opinio, quibus verbis opinionem habitum vocat.

Sed obiectet aliquis, opinionem non esse referendam inter habitus intellectus, quandoquidem lib. 6. ethi. quo loco numerat habitus Arist. nullam opinionis mentionem facit. Dicendum tamen est, quod Arist. eo loco non recenset omnes habitus intellectus, sed eos duntaxat, in quibus semper, aut magna ex parte verum inest, cuiusmo-

Ee ij disunt

## Commentarius

disunt intelle<sup>c</sup>tus, sapientia, sciētia, ars, prudentia: opinio verò tam succipit falsum, quām verum, & ob eam causam non enumeratur ab Arist. sub opinione verò ille complexus est humanam fidem, qua eadem est, cum opinione, diuinam siquidem fidem ille non agnouit.

Existit autem hoc loco quæstio, quomodo non eadem res sit, quam opinamur, & quam scimus, & cur non idem sint opinio, & scientia, si nil est, quod quis scire possit, de quo opinio etiā esse non queat. Num enim quemadmodum sciens, ita opinator, media singula eousque perlequetur, dum ad prima, medioque carentia proloquia deueniati? Hic verò quid est, cur ob eam causam ille sciat, hic opinator nesciat? neque enim opinio tantum versatur in putando, quod res sit, sed etiam quamobrem res sit, opinabile est, quod nil est quā medium. An si quis ita conceperit animo ea, quæ per se necessaria sunt, nec aliter habere possunt, vt etiam teneat ipsas definitiones, ex quibus demonstrationes conficiuntur, an, inquam, non illa tum opinatio, sed scientia erit? Sin vera illa quidem esse existimet, sed non ita hæc illis conuenire, vt in essentia, ac natura rei contineantur, atque adeo per ipsam rei formam, tum opinabitur, non verè sciet? Et quidem quod res sit, & quāob rem sit, opinabitur, si nata sit opinio ex quibusdam propositionibus immediatis, at si non ex immediatis, tantum quod res sit, opinio erit. Neque verò eiusdem omnino rei sunt opinio, & sciētia, sed vt vera, & falsa opinio dicuntur quodāmodo eiusdem rei esse, ita in eadem re versari opinionem, & scientiam, intelligendū est. Dicere enim veram, & falsam opinionem, in eadem omnino reversari, quemadmodum volunt quidam, id tum multis alijs inco modis, quæ ex eo sequuntur, refelli potest, tum quia illud, quod valde absurdum est, sequitur, non opinari nos, quæ falso opinamur. Sed quoniam ambiguum est, & multiplex hoc verbum, idē propterea fit, vt vna significatione, eiusdē esse rectè dicantur, altera verò, rectè negentur. Nam diāmetrum conuenire, comparabilemque esse cum latere, verè esse opinabile, id absurdum est, hoc tamen ipso, quod eadem est diāmetrus, de qua sunt utraque opiniones, de eadem re, utraque opinionem esse dicimus: cū ratio, quid utrumque sit, ostendēs, sit diuersa. Simili modo eiusdem rei esse dicuntur opinio, & scientia. Hæc enim ita animal cognoscit, vt non possit non esse animal illa verò, vt secus esse possit: perinde, ac

## in caput vigesimum sextum.

107

de, ac si vna esset in homine, quia homo est, altera autem in homine etiam, sed non hoc ipso, quod homo est. Hæc enim idem sunt, hoc ipso, quod homo vnum aliquid est, in quo utraque certuntur, ratio autem est diuersa. Perspicuum autem ex ijs est, nil esse, quod simul sub opinionem, ac sciētiam cadere possit, alioqui simul animo cōcipiemus, posse aliquid aliter esse, atque est, & nō posse: quod omnino fieri non potest. Nam utratio, atque alio tempore, in rem eandem cadat utraque, fieri potest, quemadmodum etiam paulò ante dictum est. At, vt eodem tempore id fiat, omnino est à ratione alienum. Sic enim existimaret quispiam hominem, verbi gratia, esse id ipsum, quod animal, nam hoc idem est, quod non posse esse non animal, & simul non esse id ipsum quod animal: accipiatur enim hoc, pro eo, quod est, accidere homini, vt sit animal.

His verbis diluit Arist. quandam obiectionem, posset enim quispiam dicere, scientia atque opinio sunt idem habitus, ergo conclusio falsa est. Antecedens persuadetur ea ratione, quoniam scibile, atque opinabile idem videntur esse, ergo scientia, atque opinio sunt idem. Nihil est enim inquit Arist. de quo scientia habeatur, cuius nō possit esse opinio. Auget autem Arist. difficultatem exemplo dicens, si quispiam id quod erit, putet habere aliter posse, hic sane opinionem dicetur habere, si verò putet aliter habere nō posse, & re vera ita sit, hic iam scientiam habebit, nō opinionem, quare de eadem re haberi potest scientia, atque opinio. Rursum confirmatur, quoniam quemadmodum conclusio, cuius habetur demonstratio, resoluta potest in primas propositiones, ita quoque contingit in propositionibus dialeticis. V. g. cum probat quis dialetice animas esse immortales, hoc modo. Omnes homines venerantur maiorum sepulchra, qui alias venerantur, eos esse putant, ergo non extinguntur animæ simul cum corporibus, quare animæ hominum sunt immortales. Ecce quo pateret dialeticam propositionem resoluimus, quoniam tandem primā reperiemus, illam nemp̄, omnes homines defunctorum sepulchra honore prosequuntur, simulque causam, cur ita opinaremur inuenimus: est igitur idem scientia, atque opinio. Verum Arist. solvit dubitationem dicens, fieri non posse, vt scientiam atque opinionem habeamus

## Commentarius

beamus eiusdem conclusionis. Hæc autem conclusio tam est vera, si  
vtrunque consideres, vt habitus est, quām si vt est a Etius, nam neque  
actum scientiæ, & opinionis simul habere possumus, neque habi-  
tum. Hæc conclusio hoc modo persuadetur. Primum quidem actus  
scientiæ atque opinionis in eodem intellectu eiusdem conclusionis si-  
mul esse non possunt, vt constat ex finitione vtriusque, alias enim  
existimaremus eandem rem aliter esse posse, cum putamus nō posse  
aliter habere, quo nihil potest esse absurdius. Quod si actus nō pos-  
sunt simul esse, multò minus habitus poterunt, propensiones enim  
ille perinde inter se pugnant, atque actiones, ex quibus ortū habēt:  
& quemadmodum actio actionem corruptit contrariam, ita quoq; s  
habitus habitum. Deinde si simul in eodem intellectu isti esse  
possent, actiones quoque in eodem existerent simul. Dixi in eodem  
intellectu, nam nihil vetat in diuersis intellectibus, aut hominibus  
diuersis scientiam esse, atque opinionem eiusdem rei. Dixi etiam si-  
mul, hoc est, eodem tempore, nam diuersis temporibus nihil prohibet,  
possum enim ego nunc habere opinionem eius conclusiinis, cuius ha-  
bitus scientiam prius, quod medium corruptum sit, aut memoria exci-  
derit. Dixi præterea, eiusdem conclusiinis, quoniam fieri optimè po-  
test, vt simul tempore in eodem animo existat opinio cuiuspiam pro-  
positionis, & scientia alterius. Postremo idem homo eodem tempo-  
re, & eiusdem conclusionis habere potest scientiam, atque opinionem  
eiusdem conclusionis per diuersa media, per medium necessarium sci-  
entiam, per medium verò probabile opinionem. v.g. Nos habemus sci-  
entiam huius conclusionis, animus noster est immortalis, per hoc me-  
dium necessarium, per se mouetur, alij autem eius conclusionis op-  
inionem habent per medium istud probabile, quia mortuis parenta-  
mus, aut mortuis parentibus iusta persoluimus.

Reliqua autem, quæ præter opinabiliæ supersunt, quo modo  
sint distribuenda, vt partim ad excogitandi vim pertineant, par-  
Lege lib. tim ad intelligentiam, partim ad scientiam, partim ad artem, par-  
6. Ethic. tim ad prudentiam, partim ad sapientiam, hæc inquā distributio,  
Arist. ex parte vna ad Phyliscen pertinet, ex altera, ad eam Philosophiæ  
partem, quæ est de moribus.

Exposit-

## in caput vigesimum sextum.

108

*Exposito iam discrimine quod est inter scientiam & opinionem,*  
cum de his habitibus disputare non sit dialectici, sed Philosophi po-  
tius, *reject eisdem habitus ad Philosophiam, atque ita inquit de eis-*  
*dem accuratus differere Philosophi esse parvum naturalis, aut primi*  
*Philosophi, vt Philoponus interpretatur, quoniam is de sapientia &*  
*scientia differit, partim etiam Philosophi moralis, nam. 6. lib. Ethic. Explicat-*  
*Arist. quinque habitus numerat, nempe intellectum, scientiam, sa- tur fini-*  
*pientiam, artem, & prudentiam, ex quibus tres priores versantur rationes a-*  
*circa res necessarias: duo posteriores, circa res fortuitas. Intellec-*  
*tus nimi habi-*  
*bitus, quo cognoscimus principia demonstrativum, & scien-*  
*tiarum. Scientia est habitus, quo cognoscimus conclusionem ex prin-*  
*cipijs. Sapientia est cognitio primarum causarum, qualis est prima*  
*Philosophia. Ars est habitus faciendi cum certa ratione, vt Archi-  
tectura. Prudentia est habitus agendi res, quæ ad homines pertinet,*  
*cum recta ratione. Opinio vero & cogitatio ad libros de anima per-*  
*pertinet. Opinio enim est facultas animi, qua assentimur alicui rei pro-*  
*babiliter. Cogitatio vero quæ vulgo discursus dicitur, est, qua ex una*  
*re alteram agnoscimus.*

## Argumentum cap. vigesimi septimi.

**E**xplanatis habitibus quibus principia & conclusiones agnoscun-  
tur, differit præsenti capite atque ultimo de habitu cognoscendi  
atque inuestigandi medium cuiusvis questionis: is habitus solertia  
vocabatur, aut acumen, aut sagacitas, aut ingenium, eadem enim sunt  
hæc omnia.

## Caput vigesimum septimum.

**S**olertia vero, est perspicitas quædam, per quam cuiusque rei  
medium, & causa nobis statim occurrit. Vcluti si quis videns  
semper lucidam partem Lunæ, id Solem esse conuerstam, con-  
tinuò excogitarer, cur ita sit: nempe quod Luna Solis lumine illu-  
stratur. Aut si quis cum diuite aliquo colloquenter videat aliū,  
confe-

## Commentarius

confestim iudicet, peti mutuam pecuniam. Aut ob id contractā esse inter aliquos nouam amicitiam, quoniam cōmunem inimicū cum habere cōperunt. Nam qui medias causas perspicit, statim extrema cognoscit. Esto a lucidam Lunā partem cōuersam esse ad Solem: b, verò accen di, a, Sole, c, Luna. Conuenit igitur, c, Luna ipsum, b, quod est accendi à Sole, & omne, b, est, a, hoc est, à quo lucem accipit quicquam, ad id cōuersum esse oportet. Quare ipsi c, conueniet, a, per medium, b.

*Soleria  
quid sit.* Definit ergo solertia, atq; illam explanat dupli subiecto exēplo. Ea sic finitur. Solertia est causa & rationis inuentio ex temporalis. Hæc tam cernitur in his rebus, quæ pertinent ad inspectionem, quam in his, quæ ad actionem spestant. Deinde tam cernitur in rebus necessarijs, quam infortuitis. Est in rebus necessarijs, & quæ ad contemplationem referuntur, vt, cur Luna splendescit aduersus Solem: quia Lunem accipit à sole, est in rebus fortuitis, quæ pertinent ad actionem: vt, quamobrem qui prius erant inimici, amici facti sunt: quia cum tertio alio inimicitias contraxerūt. Ut autem docilitas est ingenij promptitudo ad discendum, ita quoque Solertia est accumen ingenij ad inuestigandum medium. Hæc autem de his rebus dixi se satis sit, iam ad explanationem lib. 2. cotendamus. Quam nos libenti animo aggrediemur Praeful Illustrissime, si senserimus te nobis præsentem adesse, & qui bonique nostrum laborem consulere.

## LIBRI PRIMI FINIS.

1558.

Dubia.  
dum nāq̄ sicut cōtingit ampli candidū fieri. Non tamē omnia, sed plura. ¶ Iustitia nāq̄ si dicat magis & min⁹ iustitia, potest quilibet ambigere, similiter aut & in alijs dispositionib⁹: quidā enim dabitant de ta lib⁹. Iustitia namq̄ iustitia nō multū aut magis & min⁹ dicit; nec sanitati sanitate. Min⁹ autē habere alterū alter⁹ fācītē aīfīt⁹ & iustitiā alterū min⁹ altero habere dicit⁹, sic autem & grāmatīca, & alias dispositio- nes. Sed tamē ea quæ secundū eas dicitur: indubitate recipiunt magis & min⁹, grā- maticor enim alter altero dicit⁹, & iustior, & iustitiā autē & in alijs. Triangulū ve- ro & quadragulū nō videtur magis & mi- nus suscipere neq; aliqua aliarū figurarū. Quæ enim diffinitorū triangulū recipiunt

plina, nō alīcūs multū, qua ppter q̄ fine gularia quidē sunt: nō sunt ad alīqd, dicit⁹ mut autem quales scđm singula hæc cōsum & habent, sc̄tēs enim dicit⁹, eo q̄ ha- bēmus singularū sc̄tētūrū aliquas, quare hæc erūt etiā q̄llitas quæ singulares sunt, scđm quas aliquid & quales dicitur: hæc autēnō sunt eorū quæ sunt ad alīqd, Amplius. Si cōtingit dē ipsum & quale & ad alīqd ēst, nihil est in cōueniēs in utriq̄ hoc generiōis enumerare.

¶ In hoc p̄dicamēto Arift̄, ponit descri- ptione quālitatis species quātūq; in prima specie offe- renties quās in illi specie vñtem dubium/potest diffe- rentiam enīlūtū communiter tres. In prima con- manitare vñcam regulam. In secunda cōmunitate vñlū- cum dubium. In terciā etiam dubium vñlū.

¶ Quemadmodū Arift̄ in hoc p̄dicamē-

autaqd tunc contingere negato, verbarior & non facile pretereunt, vel etiam in vita p̄manet, & passibiles qualitates istae dicuntur similliter enim quales secundū eas dicuntur. Quæcūq; vero ex his quæ facile soluit, & cito trascientes fiunt, passioes dicuntur, qualitates vero minime. Nō enim aliq; secundū ipsas dicuntur quales neq; enim qui ppter verecūdiam rubor factus est, rubeus dicitur. Neq; cui pallor ppter timore venit, pallidus est, sed magis eo q; aliquid passus est, quare repassioes quidē huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. Similiter aen̄is, & fēcundū animā passibiles qualitates & passiones dicuntur, quæcūq; enim mox in aen̄eis libo ab aliq; bus passioib; difficult mobilita, metis alienatio, & ira, & alia hinc quā

taffe alio quicunq; modus apparuerint quætatis, sed fere q; maxime dicitur hi sunt. Quætatis, ita q; sunt, q; dicitur sūt. ¶ Qualia ve difficultatio sunt, quæ secundū has denominatiue dicuntur, vel quomodo libet aliter ab his. ¶ In plurimis siq; dem & fere in omnibus denominatiue dicuntur. vt a cādore cādus, & a grāmatica grāmaticus, & a iustitia iustus, similis & in alijs. In alijs vero eo q; non sunt posita qualitat nomina, nō contingit ea quæ dicuntur, ab his denominatiue dici, vt cursor aut pugillator qui secundū naturale dicit potētia, a nulla qualitate denominata dicitur. Nō enim possunt nomina potestis secundū quas isti quales dicuntur, si certi disciplinis, scđn quas pugiles vel pugnici secundū dispositionem dicuntur. Pu-